

Dritte Beilage
zur Flora
oder
botanischen Zeitung 1827.

Erster Band.

Illustratio Plantarum Herbarii Flora
ruthenicae sistens rationem specierum no
varum, minus cognitarum, aliarumve per
centuriam primam distributarum, auctore
Adolpho Francisco Lang, Pharmaciae
Magistro, Societatis Silesiacaee Culturam Patriae
promoventis Commembro.

Nro. 1. Adonis volgensis. Stev.

Steven in literis. — *A. chaerophylla*.
Fisch. — *A. Marschalliana*. Andrz. in Suppl.
Cat. h. bot. Cremenecensis 1818. — DC. S. N.
p. 545. — DC. Prod. S. N. p. 25. — An *A. ape
nniae*. L. an *A. vernalis*. L. varietatem esse MB.
in Fl. T. C. sua p. 23. interrogat, et in Suppl.
p. 319. adhuc pro varietate *A. vernalis* habet, hanc
secutus Sprengel eam in S. V. p. 645. ad *A.
vernale* L. rejicit. — *A. apenninam*. Pall. nov.
Act. petrop. vol. 10. huc pertinere monet Steven.

Obs. Calycis, et petalorum forma, quae ra
tione inter se, et numero variant, aegre ab *A. ver
nali*. L. distinguenda, et character in DC. Prod.
S. N. ab illis desumptus vix constans, sed foliis
multifidis, lobulis dentatis, primo intuitu diversa

apparet, caulis insuper ramosus nonnunquam multiflorus, rami patentes, carpelli subvelutini.

Hab. in campestribus ad lacum salsum (vulgo Liman.) occidentalem, inter pagum Kujalnik. Apli-

Nro. 2. *Allium albidum*. MB.

A. angulosum. MB. Fl. T. C. — *A. albidum* MB. Fl. T. G. Suppl. p. 260. — *A. flaves-*
cens Besser En. Pl. Volh. p. 56. — Spreng.
S. V. p. 39.

Obs. *Allium albidum*. Fisch. longe aliam, et diversam speciem esse ab *Allio albido*. MB. Fl. T. C. Suppl. monet Besser l. c. — Ab *Allio anguloso-senescenti* cui proximam dicunt MB. et Bess. l. c. differt potissimum foliis semiteretibus, strictis, striatis, corollis flavescentibus, v. albidis, carina saturatiore rubella.

Hab. in argillosis pone lacum (vulgo Liman) occidentalem. Jlo. Agto.

Nro. 3. *Allium flavum, ruthenicum*. Nob.

A. flavum MB. Fl. T. C. p. 263. et Suppl. p. 258. — *A. flavum*. Besser. En. Pl. Volh. p. 45. — *A. flavum tauricum* Besser in litt.

Obs. Ab *Allio flavo* L. Jacq. differt: staminibus corolla vix longioribus, filamentis basi dilatatis petalis adnatis, corolla ochroleuca sordide purpurea. — Cultura etiam colorem non mutari monet Bess. l. c. — Ab *Allio paniculato* L. differt: staminibus corolla longioribus, stylo brevioribus, filamentis basi dilatatis petalis adnatis, nec coalitis ut Red. lil. t. 316. de *Allio longispatha* quae eadem

cum *Allio paniculato* L. docuit. — *Allium paniculatum*. *Red. lil.* t. 252. corolla tantum saturate purpurea in violaceum vergente, ab *Allio flavo ruthenico nostro* differe *MB.* in *Fl. T. C. Suppl. l. c.* asserit.

Hab. ad latera collium, in aggeribus, et herbidis siccioribus circa Odessam. Jlo. Agto.

Nro. 4. *Allium guttatum*. Stev.

A. guttatum Stev. *Decas pl. nondum descript.* *Iberiae, et Rossiae meridionalis in Mem de la Soc. Natural. de la Mosqu.* T. II. p. 173. t. XI. f. 1. — *Besser En. Pl. Volh.* p. 45. — *Spreng. S. V.* p. 34. — Alias nullibi commemoratur. — Deest in *MB. Fl. T. C. et in Steud. N. B.*

Obs. Species hujus generis elegantissima, ab aliis distinctissima, caule folioso tereti, foliis teretibus glaucis, scabriusculis, umbella capitata permultiflora, floribus minutis, staminibus exsertis, petalis exiguis lanceolatis, albis, punctis atropurpureis notatis, insidentes pedunculis setaceis albis. Spatha multifida, alba, nitente.

Hab. ad litora maris nigri pone Lustdorf. Odessae in aggeribus. Agto.

Nro. 5. *Alyssum hirsutum*. MB.

A. hirsutum. MB. *Ft. T. C.* p. 106. et *Suppl. p. 433.* — *DC. J. N.* p. 314. — *DC. Prod.* p. 163. — *Spreng. J. V.* p. 861. — *A. Draba. W. En. 2. p. 672.*

Obs. *A. hirsutum* MB. *A. campestris* L. adeo affine, ut Decandollio aliisque dubia, et

36

vix caule erecto, simplici, siliculis style triplo longioribus, seminibus marginatis diversa.

Var. caule stricto simplici, adscendentem ramoso, pedali, et bipedali.

Hab. in apricis argillosis, et agris copiose pone Odessam. Apli. Mjo.

Nro. 6. *Alyssum rostratum*. Stev.

A. rostratum Stev. in Mem. Acad. scient. petrop. 3. p. 295. t. 15. — MB. Fl. T. C. Suppl. p. 432. — DC. S. N. 313. — DC. Prod. 161. — Spreng. S. V. 861.

Obs. Siliculis orbiculato-ellipticis, valvulis concavis, stylo vix longioribus ab Alyssis omnibus affinibus differt.

Var. Statura minore, foliis linearibus vix lineam latis — (A. vernale Kit.)

Hab. in abruptis argillosis ad litora lacus (vulgo Liman.) occidentalis, et in aggeribus pone Odessam, Mjo.

Nro. 7. *Andropogon angustifolius*. Sm.

Smith. prod. Flor. Grac. I. p. 47. — Schult. S. V. p. 822. — *A. Ischaemum* MB. Fl. T. C. p. 430. et Suppl. p. 637. — Spreng. S. V. p. 286. — Schult. Fl. Aust. p. 194. — Per. Syn. Pl. p. 104. Willd. p. 921.

Obs. *A. angustifolium* Sm. eandem esse speciem cum *A. Ischaemo* L. vero et genuino affirmat MB. et alii Aut. l. c. et recte quum ipse Smithius in Herbario suo speciem Linneanam cum alia permutaverit, hinc *A. Ischaemum* L. herb.

Smithii (quod est *A. provincialis* Lam.) foliis latolanceolatis, basi ciliatis, rachi glabra, facile dignoscere a vero, et genuino *A. Ischaemo* Lin. (angustifolio Sm.) cuius folia sunt linearia, basi pilosa, rachis hirsuta.

Var. culmo ramoso foliis angustissimis.

Hab. in declivis pratis ad lacum occidentalem (vulgo Liman), et in agris Praedii Zywachow. Jlo.

Nro. 8. *Anthemis ruthenica*. MB.

A. ruthenica. MB. Fl. T. C. p. 330. et Addid. p. 465. — Besser En. Pl. Volh. p. 34.

Obs. Valde accedere *A. austriaco* Jacq. ipse MB. in Add. ad Fl. T. C. l. c. monuit, imo pro eadem specie habet, sed Besser l. c. denuo sicut et MB. in literis pro diversa specie agnoscunt. Differre potissimum videtur ab *A. austriaco* Jacq. calycis squamis apice scariosis obtusissimis fimbriato-ciliatis, semine obtuse quadrangulo sulcato apice nudo.

Var. foliis pinnatis, pinnulis lanceolatis, pinnatifidis, et foliis bipinnatis, pinnulis lanceolatis, mucronatis, subdecurrentibus, caule erecto, stricto, et adscendente.

Hab. In collibus, campestribus, (ruderatis, copiose circa Odessam. Jno.

Nro. 9. *Antirrhinum macrorurum*. MB.

A. macrorurum MB. Fl. T. C. p. 75. et Suppl. p. 413. — *A. linifolium* Pall. ind. taur. — Habl. taur. p. 161. — *Linaria stricta*. Horn. — *A. strictum*. Sm. Spreng. S. V. p. 797.

Obs. Species ab aliis distinctissima calcare recto corollam magnam excedente, foliis (confertis linearibus glaucis) sparsis linearis-subulatis spica terminali pedunculata, calycibus obtusis, mox villosis, mox pubescentibus, et glabriusculis.

Hab. in cultis elatis ad lacum v. Liman salsum occidentalem, et in agris circa Odessam, abunde. Mjo.

Nro. 10. *Arenaria cephalotes*. MB.

A. cephalotes, MB. Fl. T. C. 346. et Suppl. p. 309. — Spreng. S. V. p. 402. — DC. Prod. S. N. p. 402.

Obs. Species hujus generis certe elegantissima, ab *A. dianhoide*. Sm. tantum floribus vix calycibus acuminatis longioribus, et foliis linearis-filiformibus diversa.

Hab. in campestribus non procul Odessa. haud rara. Jno. Jlo.

Nro. 11. *Arenaria filifolia*. MB.

A. filifolia, MB. Fl. T. C. p. 344. in Suppl. p. 308. pro *A. graminifolia*. Schrad. declarat. — Besser En. Pl. Volh. p. 17. varietatem esse *A. graminifoliae* Schrad. dicit. — Pro *A. graminifolia* habent Spreng. S. V. p. 401. — DC. Prod. p. 401. — *A. Biebersteini* Schlech. diversam esse speciem ab *A. graminifolia* putat Steudel in N. B. p. 65. eodem loco proponit *A. longifoliam* MB. esse eandem speciem cum *A. graminifolia* Schrad. quod minime sic se habet, nam *A. Biebersteinii*. Schlech. et *A. filifolia* MB. sunt synonima *A. graminifo-*

liae. Schrad. — *A. longifolia*, MB. autem est species propria.

Obs. Species eadem eum nostra *A. graminifolia* Schrad. pone Budam, et in apricis graminosis montium Máttra proveniens.

Var. caule multi - et paucifloro, panicula trichotoma glabra, et pubescente.

Hab. in campestribus herbidis pone Odessam perfrequenn. Mjo.

Nro. 12. *Arenaria glomerata*. MB.

A. glomerata. MB. Fl. T. C. p. 350. et Suppl. p. 311. — DC. Prod. p. 407. — Spreng. S. V. p. 404. Schult. Fl. Aust. *A. fasciculatae* var. *hirsuta*. — *A. fasciculata*. Willd.? p. 727.

Obs. certe *A. fasciculatae* Gouan. proxima, et vix foliis e basi latiori - subulatis, strictis, calycibus petalis multiplo longioribus, floribus capitato-gloemeratis, caulis pubescenti - incanis viscidis, diversa. — A multis cum *A. fasciculata* Gouan. confunditur, vel pro varietate ejusdem habetur.

Hab. Odessae in lapidosis ad Kujalnik rario, circa pagum Komberlejowka non procul Otschakow ad lapicidinas abunde. Jno. Eandem speciem etiam in saxis calcareis circa Budam legi.

Nro. 13. *Arenaria setacea*. Thuill.

A. heteromalla MB. Fl. T. C. var. caule ramosissimo dichotomo divaricato, et in Suppl. p. 311. Besser En. Pl. Volh. p. 46. pro distincta specie ab *A. heteromalla*. Pes. agnoscit. — *A. setacea* Thuill. Spreng. S. V. p. 403. — DC. Prod. p. 407. var. *rugosa*. — *A. frutescens*. Kit.

Obs. *MB. l. c. A. heteromallae* suaem varietatem caule ramosissimo, dichotomo, divaricato pro vera, et genuina *A. tenuifolia L.* habet, cum planta est cespititia perennis, haec est vera *A. setacea*. *Thuill.* — Planta minus ramosa, strictior, multiflora est *A. frutescens*. *Kit.* et varietas caule subsimplici, paucifloro, inferne piloso est *A. heteromalla Per.* — *A. frutescens Kit.* *Deest in Steud. N. B.* nec in *Prod. S. N. DC.* nec in *Spreng. S. V.*, fit mentio.

Var. foliis strictis, et laxis caule puberulo, et glabro..

Hab. in saxis ad Odessam. Jno.

Nro. 14. *Arenaria tenuifolia L.* var. *viscidula*. *Thuill.*

A. tenuifolia MB. Fl. T. C. p. 349. et *Suppl.* p. 310. — *Spreng. S. V.* p. 403. — *DC. Prod.* p. 405. *E viscidula Thuill.* — *Willd. p. 825 — 26.* var. *Alsinae viscosae*. — *Per. Syn. Pl.* p. 504. *Alsine viscosa*. — *Lin. edit. II.* p. 607. — *A. tenuifolia*. — *Schult. Oest. Fl.* p. 668.

Obs. *A. viscidula*. *Thuill.* et *Alsine viscosa* *Per.* sunt merae varietates *A. tenuifoliae Lin.* Variat. *A. viscidula Thuill.* staminibus 5 — 10, et ideo mox pro *Alsine*, mox pro *Arenaria* a plurimis Auctoribus proposita habetur.

Hab. in herbidis circa Odessam.

Nro. 15. *Asparagus verticillaris*. *L.*
A. verticillaris MB. Fl. T. C. p. 281. — *Willd.* p. 155. — *A. officinalis* var. *volubilis* *Pall.* ind.

taur. — *Spreng. S. V.* p. 95. — *Per. Syn. Pl.*
371. — *Besser En. Pl. Volh.* p. 45.

Obs. Caule subscandente ramis divaricatis, foliis fasciculatis quaqua versum patentibus nunquam verticillatis, rigidis, subulatis, subarcuatis, perforatis ab aliis diversissima. — Turiones edules sapidissimi sunt.

Hab. in campestribus herbidis rara, in hortis, vineis, et inter frutices circa Odessam. abunde. Mjo. Jno.

Nro. 16. *Asperula tyraica*. Bess.

A. tyraica. Bess. *En. Pl. V.* p. 41. foliis octonis linearibus, lateribus revolutis strictis subtus glaucis, caulis erectis teretibus, panicula oblonga, corollis campanulatis mucronatis, floribus albis praecocioribus ab *A. galioide* MB. distinguit. — Deest in *Steud. N. B.* — *Schult. S. V.* — *Spreng. S. V.*

Obs. Planta paucis nota, et vix specie ab *Asperula galioidi* MB. (*Galio glauco.* L.) disjungenda. Caulis mox teretusculus, mox quatuor lineis elevationibus praesertim ad basim notatus, foliis angustissimis subtus glaucescentibus, et foliis marginibus revolutis, asperrimis in diversis individuis variat.

Hab. ad margines agrorum, in campestribus, et cultis pone Odessam. Jno. Jlo.

Nro. 17. *Aster dracunculoides*. MB.

A. dracunculoides MB. *Fl. T. C.* p. 310. et *Suppl.* p. 572. — *A. solidaginoides*. Per.? p. 443.

Willd. 2024. — Lam. dict. 1. p. 303. no. 15. —
A. punctatus. W. Kit.!

Obs. Certe eadem cum *A. punctato*. W. Kit. in salsis ad Tibiscum crescente, et vix statura majori, et foliis latioribus abludit, MB. ipse l. c. suspicatur affinitatem et *A. punctatum*. W. K. foliis angustioribus exquisite acuminatis, minus scabris, floribus paucioribus, longius pedunculatis, radio majore subdecemfloro differre ait, quae omnia in vero *A. punctato* nostro, sicut in *A. dracunculoides* MB. penitus eadem esse observavi.

Hab. in abruptis argilloso ad litora lacuum salsorum, et inter frutices abunde, circa Odessam. Agto. Spbri.

Nro. 18. *Astragalus corniculatus*. MB.

A. corniculatus MB. Fl. T. C. Suppl. p. 492.
— DC. Prod. p. 284. — Deest in Steud. N. B.

Obs. Adeo proxima species *A. subulato* (taurico) Pall. et aegre distinguenda. MB. l. c. diversitatem specierum sic proposuit. *A. subulatus*. Pall. caulescens depresso (procumbens Fl. T. C. p. 193.) foliis linearibus piloso-canis (foliis linear-lanceolatis tomentosis Fl. T. C.) racemis paucifloris, floribus inferioribus remotis, leguminibus subulato-triquetris. (leguminibus linear-subulatis 3 quaternis Fl. T. C.) subarctato-erectiusculis (erectis Fl. T. C.) — *A. corniculatus* MB. caulescens procumbens, suffruticosus, foliis linearibus piloso-canis, pedunculis foliis longioribus paucifloris, floribus umbellatis, leguminibus subulato-triquetris, subarctatis,

patentissimis. — Ergo yix alio charactere quam leguminibus patentissimis, *A. corniculatus* MB. ab *A. subulato*. Pall. differt. An sufficiens?

Hab. In elatis campestribus prope Kriwaja-Balka, et in apricis ad Kujalnik haud rara. Jlo.

Nro. 19. *Astragalus diffusus*. W.

A. diffusus. MB. Fl. T. C. p. 202. Suppl. p. 493.

— *A. depressus* Pall. ind. taur. — *A. dolichophyllus* Pall. monog. No. 90. t. 68. — Willd. 1321. Per. Syn. Pl. 345. — DC. Prod. p. 503.

Obs. Ab *A. testiculato* Pall. praesertim bracteis, et dentibus calycinis longioribus, colore corollae ochroleuco, calycibus pilis patulis, albis, hirsutissimis, nigris nullis intermixtis, potissimum dignoscitur.

Hab. in apricis graminosis, pone Odessam, copiosior in collibus argillaceis ad Mare nigrum. Apli. Mjo.

Nro. 20. *Astragalus glaucus*. MB.

A. glaucus. MB. Fl. T. C. p. 186. et Suppl. p. 488. — *A. vesicarius*. L. Bess. En. Pl. Volh. p. 29. *A. albidus*. W. Kit. — *A. mixtus*. MB. — *A. dealbatus* Willd. sunt synonima *A. vesicarii*. Lin. — DC. Prod. p. 288.

Obs. Planta in omnibus cum *A. vesicario* L. (albido. W. Kit.) nostro in saxis calcareis circa Budam occurrente penitus congruit.

Var. planta Odessana colore corollarum saturatiore, et dilutiore.

Hab. in apricis lapidosis, et saxis pone Odessam, Mjo, Jno.

Nro. 21. *Astragalus Odessanus*. Bess.

A. odessanus Bess. *En. Pl. Volh.* p. 30. — *A. vimineus* MB. *Fl. T. C. Suppl.* p. 489. — *Pall. monogr.* 28. t. 21. — *A. cornutus* Pall. *it.* 1. 499. — *A. vimineus* Willd. 1268. — *DC. Prod.* p. 286.

Obs. Besser l. c. plantam Odessanam ab *A. vimineo* Pall. distinguit: caule fruticoso bipedali, valde ramoso, capitulis ovatis, vix 15 floris, foliolis utrinque piloso-canis, leguminibus rectis trigono cylindricis mucronatis. — Sed tardius in literis monuit *A. Odessanum* sibi tantum varietatem *A. viminei* Pall. foliis angustioribus sericeis esse. — Plantae florentis annuae, certe alter est habitus, quam biennis, aut triennis; hinc illae commutationes.

Hab. in declivis litoralibus ad lacus salsos occident. et septentrionales prope Odessam copiose per totam aestatem.

Nro. 22. *Astragalus pubiflorus*. DC.

A. pubiflorus DC. *Astragalogia*, p. 216. — *DC. Prod.* p. 302. — *Per. Syn. Pl.* 342. — Deest in *Steudel N. B.*

Obs. Species haec elegans A. exscapo W. proxima, et vix calycibus minoribus, corollis majoribus, alis pubescentibus, foliis ovato-lanceolatis pube sericea, alba, undique tectis, leguminibus subsessilibus inflatis lanatis diversa.

Hab. in campestribus elatis graminosis pone pagum germanicum Liebenthal, rario ad Odessam. Mjo.

Nro. 23. *Astragalus virgatus*. Pall.

A. virgatus MB. *Fl. T. C.* p. 187. et *Suppl.*

p. 488. — *Pall. mon. n. 25. t. 18.* — *Willd. p. 1267.*
 — *A. varius Lam. dicti. 313.* huic proximus *A. cinereus MB.* in litt. vide *Besser En. Pl. Volh.*
 p. 29. — *DC. Prod. p. 285.*

Obs. Planta admodum polymorpha, variat caule erecto, et diffuso, foliis jam ellipticis, jam linear-ellipticis, floribus albis (haec fors *A. pallescens. MB.?* Fl. T. C. Suppl. p. 489.) Spica mox evoluta contracta cylindrica, senior elongata, lanceolata, sparsiflora, calycibus albis, et coloratis.

„Petiolis foliolo panlo longioribus in *MB. Fl. T. C. Suppl. p. 488.* videtur error!

Hab. Copiosus in arena littorali maris nigri ad Peresyp, et extra Lustdorf. Jno. Agto.

Nro. 24. *Caucalis littoralis. MB.*

C. littoralis MB. Fl. T. C. p. 208. et Suppl. p. 204. — *C. orientalis Buxb. S. V. p. 469.* — *Cachrys littoralis Spreng. S. V. p. 892.*

Obs. Species adeo multum confunditur cum *C. pulcherrima W. C. orientali Buxb.* ut vix extricari possit. — *MB. l. c. sub C. orientali non Linneanam. v. Buxbaumianam* plantam, sed *C. pulcherrimam Willd.* intelligere, et describere videtur. — *Cauc. littoralis MB. a C. orientali Fl. T. C.* differt pinnularum laciniis paucioribus, longioribus, radiis umbellae umbellularumque minus numerosis, et maxime seminum aculeis multo brevioribus.

Hab. in arena littorali ad mare nigrum extra Lustdorf, et in lapidosis ad eundem pagum abunde. Jno.

Nro. 25. *Centaurea arenaria*. MB.

C. arenaria MB. Fl. T. C. p. 347. et Suppl. 590. — Besser En. Pl. Volh. 34. et 76. — Willd. p. 2278. — Per. Syn. pl. p. 488.

Obs. Differt a proxima, *C. paniculata* cui habitus aequalis, primo intuitu, calycibus oblongo-ovatis, squamis lanceolatis, intacta apice dilutissime rufescens, muticis, sub ipso apiculo, utrinque membrana scariosa, alba, obsolete ciliata, quasi auriculata. — *C. arenariam tauricam* Bess. pro diversa habet specie, anthodii conformatioe alia, et caule diffuso, distincta.

Hab. in arenosis ad litora maris nigri pone Odessam. Jno. Agto.

Nro. 26. *Centaurea orientalis*. Lin.

C. orientalis MB. Fl. T. C. p. 351. et Suppl. p. 592. — Lin. sp. pl. 1291. — Willd. p. 2299. — Per. Syn. pl. p. 484.

Obs. *C. centauroides* L. *C. tatarica* L. *C. orientalis* L. maxime inter se confunduntur. — Confusionem istam Auctoris qui species sibi per maxime affines rite examinare neglexerunt, debemus. *C. orientalem* L. facile distingues squamis calycinis maxima ex parte scariosis fuscescentibus, v. vitellinis, ciliatis, inferioribus mucrone subspinosis, foliis omnibus profundissime pinnatifidis a *C. centauroide* L. quae squamas calycinis habet ciliato-spinosas, interiores tantum scariosas, folia lyrata. — MB. l. c. *C. centauroidem* L. et *C. tataricam* L. conjunxit ultimam sub. β calycinis squa-

mis ciliatis muticis (an eadem sectionis?!) imis tan-
tum mucronato-spinosis.

Hab. In campestribus siccis circa Odessam.
Jno. Jlo.

Nro. 27. *Centaurea trinervia*. Steph.

C. trinervia MB. Fl. T. C. p. 350. et Suppl.
p. 592. — Besser En. Pl. Volh. p. 35. — Willd.
p. 2301. — Per. Syn. pl. p. 484.

Obs. Certe *C. amarae* W. affinis, imo et pro-
ea habuit MB. Casp. app. p. 211. — Flos nequa-
quam *C. Jaceae* ut Willd. l. c. sed potius formae
C. arenariae MB. — Calyx albidus, squamis ad-
pressis, margine, et apice late-scariosis, ciliatis,
dorso viridibus, linea fusca signatis foliis linearibus
trinervibus, margine scabris, punctis tomentosis un-
dique notatis.

Var. foliis glabriusculis.

Hab. in elatis campestribus pone Odessam haud
rara. Jno.

Nro. 28. *Cerastium perfoliatum* L.

C. perfoliatum MB. Fl. T. C. p. 356. et Suppl.
p. 316. — Willd. p. 311. — Lin. ed. 2. p. 627. Per.
Syn. Pl. p. 520. — Spreng. S. V. p. 420. — DC.
Prod. p. 414.

Obs. Caule erecto, ramis dichotomis, floribus
terminalibus subumbellatis, foliis lanceolatis ad ter-
tiam partem usque connatis, capsulis cylindricis,
basi inflatis, rectis, calycibus triplo longioribus, ab
aliis distinctissima.

Hab. rara in argillosis ad lacum salsum occi-
dentalem non procul Odessa. Apli.

Nro. 29. *Ceratocarpus arenarius* L.

C. arenarius MB. Fl. T. C. p. 378. et Suppl. p. 609. — Willd. p. 187. — Lin. ed. II. p. 1575. — Per. Syn. Pl. p. 531. — Spreng. S. V. p. 21.

Obs. Plantae indubie monoicae calyx ♂ bipartitus, corolla nulla, filamentum longum. (in Exempl. Odessanis breve) — Calyx ♀ singularis, cuneatus compressus bicornis germini supero adnato, semen unum arcte includens, corolla nulla, styli duo. — Caulis dichotomus undique diffusus, ramosissimus, cespites globosos formans, folia alterna sub ramorum divisione opposita, imo et terna rigida, linearia, apice mucrone valido pungentia. Calyces fructigeri cuneato-compressi, truncati, spinis binis subulatis divaricatissimis instructi, linea evidentiore a truncatura ad basim descendente notata.

Hab. in aggeribus ad vias circa Odessam minime in arenosis ut nomen triviale docet per Rossiam integrum. Jlo.

Nro. 30. *Ceratocephalus orthoceras*. DC.

C. orthoceras DC. S. N. p. 231. — DC. Prod. p. 26. — *Ranunculus faleatus* MB. Fl. T. C. p. 29. et Suppl. p. 386. — Spreng. S. V. p. 469.

Obs. Ad *C. orthocer.* D. C. l. c. eitat MB. Fl. T. C. R. *falcatum*, ast e contra MB. in Fl. T. C. Suppl. ad *R. testiculatum* quam species a *R. falcato* L. differe monet *C. orthocer.* DC. qua synonimon adducit, cum DC. l. c. *R. testiculatum* Cranz. (Ceratocephalo) *R. falcato* Lin. genuino adnumerat, ergo *R. testiculatus* Cranz juxta MB. Fl.

Fl. T. C. Suppl. specie a *R. falcato L.* diversa, juxta *DC. S. N.* eadem! — ? Et nostra planta in arvis circa Budam crescens, in omnibus eadem est cum exemplaribus Odessanis. *Ceratoceph. seu Ran. falcatum L.* verum e territorio Viennensi (Türkenschänze) possideo.

Hab. copiosissimus in cultis, campestribus, ad vias, muros, circa Odessam. Apli. Mjo.

Nro. 31. *Chrysocoma villosa L.*

Ch. villosa, MB. Fl. T. C. p. 288. — Willd. p. 1792. — Lin. edit. II. p. 1178.

Obs. Planta Odessana floribus innumeris corymbosis tantum ab exemplaribus hungaricis in monte Tokay lectis, quae depauperatae, pauciflorae sunt, diversa.

Hab in elatis siccis campestribus, copiose prope Odessam. Augto. Spbri.

Nro. 32. *Colchicum bulbocodioides*. MB.

C. bulbocodioides, MB. Fl. T. C. p. 293. — Colchicum vernum, Pall. ind. taur. — Deest in Steudel. N. B. — Spreng. S. V.

Obs. Planta certe habitu *Bulbocodio verno* simillima, sed differt corolla monopetala, (sex partita) trigyna, filamentis basi crassioribus, pubescens, longitudine pistilli, petalis adnatis. — Accedit *Merenderae caucasicae* MB. (*Colchico caucasico*. Spreng. S. V. p. 143.) quae vix antheris versatilibus, et petalorum laminis latioribus diversa.

Hab. in latere meridionali colliculis pone Odessam, in argillosis, ad viam in Kriwaja *Balka*, in

50

Iapidosis ad Lustdorf abunde ubique flor. Januario Fbo. Mtio. planta omnium praecocissima.

Nro. 33. *Convolvulus lineatus* L.

C. lineatus MB. Fl. T. C. p. 146. — Schult. S. V. p. 293. — Lin. edit. II. 224. — Willd. p. 367. — Per. Syn. Pl. p. 180. — *Convolvulus Besseri*. Spreng. S. V. p. 610.

Obs. *C. lineato* L. certe proxima foliis lanceolatis, sericeis, lineatis, petiolatis, calycibus sericeis, subfoliaceis, pedunculis foliis brevioribus, corollis extus hirtis; diff. a descriptione Auct. aliorum, foliis radicalibus lanceolato-spathulatis in petiolum decurrentibus, pedunculis 3—4 floris, floribus subcapitatis; calycibus subfoliaceis basi gibbis (qua nota accedit *C. holosericeo* MB. Fl. T. C.) inclientes germen villosum, stylo filiformi praeditum. — *Spreng. l. c. lineato* L. inscribit pedunculos 2 floros, folia superantes, cum Linneus ipse tantum pedunculos 2 floros, foliis breviores viderit. — Speciem istam genuinam *C. lineatum* L. sub *C. Besseri* proposuit. — Quanta ista confusio!

Hab. in siccis apricis, et campestribus pone Odessam rara. Jno.

Nro. 34. *Corispermum hyssopifolium*. MB.
var.

C. hyssopifolium MB. Fl. T. C. p. 3. et Suppl. p. 4. var. A. — Schult. S. V. p. 45. — Mantissa. p. 61. Spreng. S. V. p. 21.

Obs. Species hujus generis admodum ab omnibus Auctoribus confusas haberi, in inconstantia cha-

racterum exiguorum mox a climate, mox a solo alienatorum causa quaerenda. Facile videbis flores petaloideos, et apetalos, monandros imo 2-3-4-5 andros, spicas axillares densas, paullo in spicas laxas floribus remotis praeditis solutas in uno eodemque individuo, ninc fructuum, (qui videntur maxi-
mi esse momenti) foliorum, bractearumque forma maxime aestimanda. — Planta in arenosis ad Peresyp lecta, habitu accedit ad *C. intermedium* Sweig. fructibus *C. Marschalii* Stev. et diff. a *C. hyssopifolio* MB. fructibus apice profunde, et anguste emarginatis, nec styli basi persistente subrostellatis. — a *C. Marschalii* Stev. (cum qua fructibus juxta descriptionem in MB. Fl. T. C. Suppl. l. c. datam conveniret) spicis in caulis, et ramorum extremitatibus laxis caule glaberrimo.

Hab. in arenosis ad Peresyp abunde. Agto.

Nro. 35. *Crataegus orientalis*. Pall.

C. orientalis Pall. MB. Fl. T. C. p. 387. et Suppl. 332. — Spreng. S. V. p. 508. sub *Mespilo orientali* Poir. *C. tanacetifolius* Per. Syn. pl II. p. 38. — *Mespilus tanacetifolia* Sm W. En 589. secundum Steud. N. B. — *C. tanacetifolia* Per. *B. taurica* DC. Prod. 629.

Obs. Exemplaria foliis subpinnatifidis utrinque hirsutis laciniis obtusiusculis nonnunquam serrulatis *C. tanacetifolio*. Poir. accedunt: sed color fructuum lateritius, folia trifida, et subpinnatifida, rami villis confertis albicantes pro *C. orientali*. Pall. decernunt.

Var. foliis cuneatis apice crenatis, incisis trifidis, et pinnatifidis in uno eodemque individuo.

Hab. ad margines viarum, et vinearum circa Odessam. Jno.

Nro. 36. *Crocus reticulatus*. Stev. V. variegatus. Hoppe.

C. reticulatus. Stev. MB. Fl. T. C. p. 28. et Suppl. p. 37. — Schult. S. V. Mant. p. 275. sub specie propria. — Spreng. S. V. p. 146.

Obs. Variat tunicis radicalibus reticulato-cancellatis, stigmate trifido laciniis crenulatis fassis, foliis linear-setaceis, floribus 2-3-4.

Hab. Ubique abunde pone Odessam. Mto. Apli.

Nro. 37. *Cynanchum acutum*. L.

C. acutum. MB. Fl. T. C. p. 177. — Schult. S. V. p. 96. — Spreng. S. V. p. 851. — Willd. p. 1254.

Obs. foliis admodum variat, ita ut varietate foliis inferioribus cordato-ovatis, superioribus cordato-lanceolatis maxime *C. sibirico*. W. accedat imo MB. pro eadem habet. An recte?

Hab. in argillosis salsis, ruderatis ad sepes abunde circa Odessam. Jlo. Agto.

Nro. 38. *Dianthus bicolor*. MB.

D. bicolor. MB. Fl. T. C. p. 329. et Suppl. p. 301. — Besser En. Pl. Volh. p. 46. — Spreng. S. V. p. 378. — DC. Prod. p. 360. *D. lanceolatus*. Stev. — *D. saxatilis*. Pall. ind. taur. — *D. cinnamomeus*. Sm.

Obs. Accedit quodammodo caule villoso, fo-

liis nervosis, *D. campestris* MB. sed diversus squamis calycinis brevissimis truncatis subaequalibus (suborbiculatis mucronulatis DClio. — truncato-obtusissimis mucronatis Sprengelio) et corolla supra ochroleuca subtus plumbea, imo et *D. pomeridiano* affinis, sed differt petalis dilatatis crenatis, et calyce breviore, latiore squamis baseos latissimis aequalibus.

Var. caule pauci (3-5) floro, a medio ad basim tomentoso, foliis margine scabriusculis.

Hab. in campestribus elatis ad pagum Komberlejowka abunde. Circa Odessam neandum detecta. Jno.

Nro. 39. *Dianthus pomeridianus*. MB.
non Lin.

D. pomeridianus MB. Fl. T. C. p. 329. et Suppl. p. 301. — *D. leptopetalus*. Spreng. S. V. p. 378. — DC. Prod. p. 360. — Willd. En. p. 541. u. 14.

Obs. *D. pomeridiano* L. cuius varietatem esse interrogat DC. in Prod. l. c. et *D. bicolori*. MB. affinis, a priori diff. squamis ovatis, acutis, brevissimis, subaristatis, petalis lanceolatis, angustis, subintegerrimis, latere revolutis (vix *D. hic leptopetalus* Willd. *D. pomeridianus* MB a *D. pomeridiano* L. specie distincta!) a posteriori differt squamis calycinis inaequalibus, tubo longiore, angustiore, et versus apicem magis attenuato, petalis linearis-lanceolatis, elongatis, subintegerrimis.

Var. petalis angustioribus integerrimis, et latioribus subdenticulatis.

Hab. ad fossas, et in aggeribus circa Odessam.
Julio.

Nro. 40. *Dianthus pseudoarmeria*. MB.

D. pseudoarmeria. MB. Fl. T. C. p. 323. et
Suppl. p. 297. — *Spreng. S. V.* p. 376. — *DC.*
Prod. p. 355.

Obs. Omnino *D. armeriae* L. accedens, sed
floribus dense aggregato-fasciculatis, squamis caly-
cinis ovato-subulatis, petalis-barbatis, foliis cauli-
busque, pubescenti-scabris, strictis, differre, et qui-
dem specie dicunt autores. *Spreng. l. c.* plane squa-
mas ovato-subulatas tubum superantes vidit, fors
in specimine culto?

Hab. in siccis lapidosis, ad lapidicias pone
pagum Komberlejowka frequens, Odessae ad Kujal-
nick. Jno. Jlo.

Nro. 41. *Diotis atriplicoides*. MB.

D. atriplicoides MB. Fl. T. C. p. 397. — *Atri-
plex pedunculata*. Willd. Lin. — *Ceratocearpus
maritimus*. Pall. ind taur.

Obs. A *D. ceratoide* cui calyces foem. semi-
nave lanata, calycibus foemineis, seminibusve nudis
abunde diversa. — Tota planta excepto calyce vil-
lisstellulatis albescit.

Var. caule erecto, et adscendentí, posterior po-
tissimum in Tauria occurrit.

Hab. in inundatis salsis ad lacum septentriona-
lem copiosissime pone Odessam. Jlo.

Nro. 42. *Echium aspernum*. MB.

E. aspernum, MB. Fl. T. C. p. 135. et *Suppl.*

p. 131. — *Spreng.* in *S. V.* p. 553. pro *E. italicico* sicut et *Schult.* in *S. V.* p. 21. habet *E. asperri-*
mum. MB. potius ad *E. pyrenaicum Desf.* perti-
nere, credo.

Obs. *E. nostro italicico* (altissimo Jacq.) adeo proxima ut vix caule ramoso pyramidato, ramis adscendentibus, floribus remotioribus, staminibus corolla regulari sesquilonioribus, corollis extus pilosis, differat (his characteribus accedit magis *E. pyrenaico Desf.* (asperrimo Lam.) — Specimina nostra *E. italicici* (altissimi Jacq.) in ambitu Buden-
si crescentes, caule simplici, racemo longissimo spi-
ciformi ita ab *E. asperrimo. MB.* (*pyrenaico Desf.*) diversa sicut *E. vulgare* ab *E. violaceo.*

Hab. *Vulgaris* in campestribus, et in arenosis ad littora lacus occidentalis. Jno. Jlo.

Nro. 43. *Elymus intermedius. MB.*

E. intermedius. MB. Fl. T. C. p. 82. et *Suppl.*
p. 91. sub. *E. crinito.* — *E. crinitus. Spreng. S. V.*
p. 327. — *E. intermedius. MB. Schult. S. V.*
p. 778. qua speciem propriam distinxit.

Obs. Certe species intermedia, cum *E. cri-
nitio. Schreb.* aristis scabris convenit, foliis vero an-
gustis vaginisque pilosis diversa.

Hab. in campestribus siccis ad Otschakow. Jno.

Nro. 44. *Elymus sabulosus. MB.*

E. sabulosus MB. Fl. T. C. p. 81. et *Suppl.*
p. 90. — *Schult. S. V.* p. 774. — *Spreng. S. V.*
p. 328.

Obs. A proximo *E. arenario*, differt foliis,

spicisve latioribus, spiculis ad singulos rachis dentes pluribus 4 floris, a medio ad basim pubescentibus 3-4 nisve calyce glabro brevioribus.

Hab. in arena littorali maris nigri ad Peresyp, et extra Lustdorf in arenosis maritimis copiosissimus. Jno.

Nro. 45. *Euphorbia Peplis.* L.

E. Peplis. MB. Fl. T. C. p. 569. — Willd. p. 899. — Per. Syn. pl. II. p. 14.

Obs. Folia plantae hujus minime sunt semicordata, ut Lin. Willd. Per. MB. et alii dicunt, sed potius ovato-elliptica, basi uno latere aurita.

Hab. in arena maris extra Lustdorf abunde. Jlo. Agto.

Nro. 46. *Frankenia intermedia.* D. C.

F. intermedia. DC. Prod. 349. — *F. hirsuta* MB. Fl. T. C. p. 286. et Suppl. p. 276 — Spreng. S. V. p. 134. — Willd. p. 242. — Per. Syn. Pl. p. 393. — Besser En. Pl. Volh. p. 57.

Obs. DC. l. c. duas distinguit *F. hirsutas* L. unam nempe caulis velutinis prostratis (*F. hirsuta calabrica* L.) quam pro *F. intermedia* habet, et alteram caulis diffusis hispidis, (*F. hirsuta critica* L.) quam *F. hispidam* appellat.

Var. foliis linearibus, et lanceolatis margine semper revolutis, supra glabris, subtus pulverulentis, qua nota accedit *F. ericaefoliae* Sm. — Desunt in exempl. Odessanis plerumque folia glabra quae a DC. Willd. Spreng. aliisve desiderantur.

Hab. in arenosis Peresyp pone viam ad lapidinas ducentem, non procul Odessa. Jno. Jlo.

Nro. 47. *Frankenia pulverulenta*. L.

F. pulverulenta. MB. Fl. T. C. p. 287. — Spreng. S. V. 134. — DC. Prod. p. 349. — Per. Syn. Pl. p. 393. — Willd. 243.

O b s. Specimina Odessana dubia, foliis obovato-spathulatis integerrimis (minime obovato retusis ut DC. l. c.) petiolatis, petiolis ciliatis, subtus parcissime pulverulentis, pilis rigidis, crispis, intermixtis, ramis pubescentibus.

V a r. caule prostrato diffuso, et caule erecto.

Hab. copiose in salsis inundatis ad Peresyp, et ad lacum occidentalem pone Odessam. Jno.

Nro. 48. *Gypsophila collina*. Stev.

G. collina. DC. Prod. p. 352. — Spreng. S. V. 373. — Besser En. Pl. Volh. p. 45. — Deest in Steudel. N. B. et in MB. Fl. T. C.

O b s. Species media inter *G. fastigiatam-arenarium*, et *G. Struthium* L. a primis diversa caule ramoso, foliis linearibus scabriusculis, pedunculis corymbosis laevibus, staminibus exsertis, ab altero caule ramoso glabro, staminibus corolla longioribus — Caulis basi lignosus rami ad angulum acutum patentes, debiles, folia nonnunquam in axillis fasciculata.

Hab. in sterilibus lapidosis abruptis, supra saxa, alibive copiosissimum. Jlo. Agto.

Nro. 49. *Gypsophila sabulosa*. Stev.

G. sabulosa. Stev. — Spreng. S. V. p. 372. — *G. perfoliata*. MB. Fl. T. C. p. 320. non Lin. — *G. scorzoneraefolia* Hort. Mus. Par. DC. Prod. p. 352. ? — Deest in Steudel. N. B.

Obs. *G. perfoliata* MB. Fl. T. C. est diversa a *Linnéana* planta, et recte a *Sprengelio ad G. sabulosam.* a DC. ad *G. scorzonerifoliam* refertur. — *G. perfoliatae* L. caulis laevis paniculatus, paniculae rami umbellati, petali retusi, cum *G. sabulosa*. Stev. (*perfoliata* MB.) caule basi, et soliis pubescentibus, panicula viscosa, floribus majoribus, petalis integris obtusis, calycibus auctioribus diversa.

Var. foliis lanceolatis, et ovato-lanceolatis (praesertim in ramis sterilibus) pubescentibus, et glabriusculis (huc *G. scorzonerifolia* Hort. Mus. Par.) ramis ad angulum acutum et rectum divaricatis, viscidis, et glabriusculis, petalis calyce vix, et multo majoribus. An non *G. sabulosa*. Stev. — *scorzonerifolia* Hort. M. P. — *perfoliata*. MB. Fl. T. C. merae sint varietates *G. perfoliatae* Lin.?

Hab. copiose in salsis ad canales, et in ruderratis in urbe ipsa Odessa communis. Jlo. Agto. — In littore Bosphori arenosis. MB.

Nro. 50. *Halocnemum strobilaceum*. MB.
H. strobilaceum. MB. Fl. T. C. Suppl. p. 3. — *Salicornia strobilacea* MB. Fl. T. C. p. 2. — Pall. — Lin. — Schult. S. V. p. 40. Mantiss. sub *Halocnemo* p. 61. — *Halocnemon strobilaceum*. Spreng. S. V. p. 19.

Obs. sub genere distineto - eal. communis ameni-
ti squama, proprio 3 phyllo clauso, a *Salicornia*
cujus calyx monophyllus utriculatus - proposuit MB.
Salic. strobilaceaam, et *caspicam* Pall. — *Haloc-*

enemum strobilaceum MB. a *H. caspico*. MB. potissimum differt caule diffuso articulis caulinis brevissimis.

Var. caule fruticoso ramosissima diffuso, et adscendentia.

Hab. in inundatis ad lacum salsum septentrionalem pone Odessam. Jlo. Agto.

Nro. 51. *Hedysarum grandiflorum*. Pall.

H. sericeum. MB. Fl. T. C. 176. *H. grandiflorum* Pall. MB. Fl. T. C. Suppl. p. 482. *Astragalus grandiflorus*. L. Sp. pl. ed. II. 1071. juxta MB. an hue? foliola vidi Linneus septendecim, an eadem cum *Pallasiana* planta? — *H. argenteum*. Lam. — *H. grandiflorum*. DC. Prod. p. 340.

Obs. Species admodum *H. candido*, et *H. argenteo* affinis, ab utroque foliolis magis oblongis superne viridibus glabriusculis, corollis ochroleucis unicoloribus, vexilla, et alis ratione carinae longioribus diversa. — Tubercula disci articulorum locamenti in parvas spinulas apice glochidatas excrescunt.

Hab. copiose in declivis argillosis ad lacum salsum occidentalem. Decus florae Odessanae. Mjo. Jno.

Nro. 52. *Hyacinthus pallens*. MB.

H. pallens MB. Fl. T. C. p. 283. et Suppl. p. 273. — Spreng. S. V. p. 66. *Muscarì pallens*. Bess. En. Pl. Volh. p. 14. — *H. amethystinus* Pall. non Lin.

Obs. Accedit statura, et floribus campanulato-cylindricis ad *H. botryoidem* sed floribus ex albidocoeruleis, erecto patulis, pedicello brevioribus,

bracteis squamula obsoleta foliis angustioribus, arcuatis margine asperulis satis diversa.

Hab. copiosissimus in campestribus elatis pone Odessam. Apli. Mjo.

Nro. 53. *Hypericum elegans*. Steph.

H. elegans MB. Fl. T. C. p. 230. — *H. pulchrum* Pall. ind. taur. — Willd. p. 1469. — Per. Syn. Pl. II. p. 91. — DC. Prod. p. 551.

Ohs. Accedit *H. ciliato* Lam. (*H. perfoliatum* L. secund. Steudel) sed caule nigro punctato, foliis ovato-lanceolatis, subamplexicaulibus obtusiusculis, calycibus ovato-lanceolatis acutis diversa. — *H. Kohlianum*. Spreng. fl. hal. eadem esse cum *H. elegante* Steph. recte monet DC. Prod. l. cit.

Var. foliis acutioribus, margine revolutis.

Hab. in herbidis apricis, et campestribus circa lacum occidentalem, frequenter occurrit pone Odessam. Mjo. Jno.

Nro. 54. *Illecebrum cephalotes*. MB.

I. cephalotes MB. Fl. T. C. Suppl. p. 169. — *I. capitatum* MB. Fl. T. C. p. 174. — *Paronychia hispanica* DC. Spreng. S. V. p. 821. — *Illecebrum Paronychia* L. — *I. narbonnense* et *maritimum*. Vill. — *Paronychia pubescens*. DC. P. *hispanica* Schult. S. V. p. 518.

Obs. Variat cauliculis prostratis apice surrectis, foliolis lanceolatis. nervosis, rugulosis, glabriusculis, (minime pilis incumbentibus undique hirtis ut MB. l. c.) margine ciliatis. — Specimina in saxis calcareis, pone Budam obvenientia vix cau-

liculis magis prostratis, brevioribus, capitulis mino-
ribus differunt ab individuis Odessanis.

Hab. in lapidosis, et supra saxa prope Odes-
sam. Jno.

Nro. 55. *Leontice altaica*. Pall. v. Odes-
sana. Fisch.

L. altaica. Pall. v. *Odessana*. Fisch. DC.
Prod. 110. — DC. S. N. p. 26. — *L. altaica* Pall.
Spreng. S. V. p. 121. — Willd. p. 149. — Besser
En. pl. Volh. p. 57. cum? — *L. Odessana* Fisch.
in litt. — Deest in MB. Fl. T. C.

Obs. Specimina Odessana specie a *L. altaica*
Pall. non differunt, nam vix pedicellis paulo lon-
gioribus, staminibus petalis duplo majoribus, et
segmentis foliorum magis petiolulatis diversa. Cha-
racteres hae speciem non constituant!

Var. Racemis erectis in humidis umbrosis,
ēernuis in apricis.

Hab. Planta pone Odessam ad unum milliare
in circuitu ita communis, ut vix locus assignari
possit, ubi non provēniret, amat praeprimis humi-
das, et umbrosas valles minus fruteta, et culta,
minime tamen calcareos colles, ut asserit Beupré
in DC. Prod. S. N. floret illico post *Colchicum*
bulbocodiumoides. MB. Mtio. Apli.

Nro 56. *Linum tauricum*. W. E.

L. tauricum W. E. h. b. 339. — *L. campa-*
nulatum MB. Fl. T. C. p. 255. et Suppl. p. 254.
Schult. S. V. 751. — *L. flavum*. Spreng. S. V.
p. 965. *L. glandulosum* Moench B. *tauricum* DC.
Prod. p. 425.

Obs. *L. arboreum* L. — *L. campanulatum* L. — *L. tauricum* W. — *L. capitatum*. Schult. *L. flavum*. L. meras esse varietates-characteribus constantibus nullo modo limitandas. — *L. glandulosi* Moench. DC. in Prod. S. N. docuit. — Confusio tanta est inter pseudospecies istas ut vix unam ab altera distinguere valeas. MB. l. c. plantam suam pro *L. campanulato* L. habuit, mox *L. monopetalum* Steph. et *L. tauricum*. Willd. qua synonymon *Lin* suo adjecit, imo *Linum suum campanulatum* (*tauricum*, *monopetalum*) a *L. flavo*. Jacq. non esse diversum fatetur in *Fl. T. C. Suppl.*! — Caulibus dichotomis, floribus in diehotomia subsessilibus, foliis radicalibus spathulatis a speciminiibus hungaricis *L. flavi* diversum.

Hab. in argillosis herbidis minime rarum. Jno. Nro. 57. *Messerschmidia Arguzia*. L. *M. Arguzia*. L. MB. Fl. T. C. p. 136. — *Tournefortia Arguzia* R. Br. Schult. S. V. p. 340. — *Spreng. S. V.* p. 644.

Obs. Caule herbaceo foliis ovato-oblongis incano tomentosis pedunculis subcorymbosis (racemosis potius) a *T. sessilifolia* Poir. diversa. — *Messerschmidiam*, et *Tournefortiam* aegre distinguit Schult. in *S. V.* l. c. certe jungendum ut *Spreng.* in *S. V.* fecit.

Hab. in arena litorali lacus salsi, (vulgo Su-chai Liman) extra Lustdorf, et ad pontum Euxinum. Jlo. Ago.

Nro. 58. *Nepeta parviflora*. MB. *N. parviflora* MB. Fl. T. C. p. 44. et *Suppl.*

p. 592. — *Besser En. Pl. Volh.* p. 23. — *Spreng.*
S. V. p. 727.

Obs. Permaxime accedit *N. sibiricae* MB.
(*Teucrio sibirico* L.) quae differt a *N. parviflora*
MB. potissimum glabritie omnium partium cymis
trichotomis paniçulatis calycis dentibus subulato
aristatis elongatis. — Calyces ciliatos patentes vidi
florigeros, conniventes, et inflatos fructigeros h. e.
dentibus conniventibus intumescit basis calycis.

Var. caule ramoso brachiato, et caule minus
ramoso, plus minus hirsuto, foliis inferioribus cor-
datis, subtus potissimum villosis, dentatis, superio-
ribus lanceolatis minus dentatis, supremis integer-
rimis, calycibus viridibus, et calycibus (adminus
dentibus calycinis) coeruleis, corollis albidis, et
coeruleis dentibus calycinis longioribus, et bre-
vioribus.

Hab. Abunde in declivitatibus collium solo
argilloso, et in apricis siccoribus herbidis ad la-
cum salsum occidentalem prope Odessam. Jno. Jlo.

Nro. 59. *Onobrychis gracilis*. Bess.

O. gracilis Bess. *En. Pl. Volh.* p. 74. *O. pe-
traea* p. 29. ibidem. — *DC. Prod.* p. 345. — *Deest*
in *Steud. NB.* et in *MB. Fl. T. C.*

Obs. Plantam istam (Hed.) *Onobr. petreæ*
MB. certe proximam *Besser l. c.* distinguit cauli-
bus adscendentibus foliis pinnatis, foliolis linear-
lanceolatis mucronatis, costa saepius supra adpresso
pilosis, alis vix calycis tubo longioribus, lomentis
simplicibus, subrotundis, canescentibus aculeato-

dentatis, floribus parvis, vexillis carneis, striis purpureis, et interne utrinque macula flavescente notatis. — Vix caulis adscendentibus, foliorum forma, alarum proportione, et colore corollarum diversa a *Hed. petraeo* MB. Fl. T. C.

Hab. in herbidis, campestribus siccis ad lacus salsos, et in declivis non procul Odessa non infrequens. Mjo. Jno.

Nro. 60. *Ornithogalum bulbiferum*, Pall.
O. bulbiferum, Pall. MB. Fl. T. C. p. 272. —
Spreng. S. V. p. 29. — Willd. p. 112. — Pall. itin.
app. t. Q. n. 106.

Obs. Planta Odessana in fissuris rupium, colliculisve argillosis proveniens rarissime uni-biflora ut MB. — Spreng. — Pall. sed 3-4-5 imo sex-flora, scapo bi-tripollicari, et semipedali gaudens, petalis insuper elongatis acutiusculis, exterioribus margine tantum flavescentibus foliisve latoribus.

Hab. in siccis lapidosis, in fissuris rupium, et in colliculis argillosis ad lacum salsum occidentalem abunde circa Odessam. Apli. Mjo.

Nro. 61. *Ornithogalum Szovitsii*. Lang. *)

Char. Spec. *O. bulbis geminis tunicatis in-tricato-fibrillosis*, caule ramoso folioso multifloro, foliis rad. binis filiformibus caulinis alternis lanceolatis acuminatis pubescentibus peduoculis villosis, petalis obtusis aequalibus striis maculisve purpureis.

Hab.

*) Dixi in honorem amicissimi detectoris J. Szovits, Pharmaciae Magistri, plantarum pannonicarum, et gallicarum quondam, chersonesotauricarum nunc scrutatoris indefessi!

Hab. in graminosis apricis Odessae ineunte
vere florens.

Descriptio. Bulbi geminati, ovati, inaequales, squamis brunneis ovatis cuspidatis tunicatis, fibrillis firmioribus villosis e basi bulborum ortis, intricatis velati, tenuioribus descendantibus. Caulis unibiuncialis, ramosus, teres, subflexuosus, pubescens, foliosus. — Folia radicalia, bina, caule longiora, filiformia, semiteretia, puberula; caulina alterna raro opposita, intima caeteris longiora, lanceolata, acuminata, subcanaliculata, summa linearia, aut linearilanceolata, breviora, omnia basi dilatata, semiamplexicaulia; pubescentia, pilis albis vagis, margine ciliata. Flores magnitudine *O. bohemici*, axillares, a quinque ad decem, pedunculatis; pedunculi teretes, pubescentes, elongati, ramosi; ramis unifloris subcorymbosi, versus medium uno alterove foliolo instructi. — Petala flava oblongolinearia, obtusa, striata, intus glabra, extus pubescentia, aequalia, versus apicem maculis striisve purpureis notata. Stamina filiformia, tenuia, tria basi dilatata, antherae subrotundae. Stylus columnaris, stigmate incrassato, staminibus longior. Capsula....

Critica. Ab *O. chlorantho*. MB. *O. bohemico* Schm. (*O. saxatile* Koch), quibus proximum, differt: bulbis geminis, tunicatis, intricato-fibrillosis; caule ramoso, folioso, multifloro, foliis caulinis alternis lanceolatis, acuminatis, basi dilatatis; pubescentibus, rad. binis filiformibus, pedunculis villosis axillaribus, ramosis, petalis obtusis, pubes-

centibus, aequalibus, flavis, striis maculisve purpureis notatis.

Nro. 62. *Ornithogalum villosum*. MB.

O. villosum MB. Fl. T. C. p. 274. et Suppl. p. 265. — *O. minimum* Willd. p. 114. — *O. arvense* Spr. S. V. p. 29. et Pers. Syn. Pl. 1. 363.

Obs. Specimina Odessana ad amussim aequalia exemplaribus in pratis circa Budam lectis. Nomen novum dedit MB. plantae huic, cum pro *O. minimo* L. aliam haberet.

Hab. in herbidis, apricis, hortis, inter frutes perabunde pone Odessam. Aprili. Majo.

Nro. 63. *Papaver laevigatum*. MB.

P. laevigatum MB. Fl. T. C. Suppl. p. 304. — DC. S. N. p. 78. — DC. Prod. p. 119. — Spreng. S. V. p. 569. — *P. glabellum*. Stev. ined. — Des. in Steudel. N. B.

Obs. Exemplaria in argillosis circa Odessam obvia, dubia sunt, nec descriptioni *P. laevigatum* MB. nec *P. arenarii* MB. l. c. congrua, Diff. a *P. laevigato* MB. calycibus hispidis, foliis pinnatifidis incisis glabriusculis. — a. *P. arenario* MB. (cui calycibus hispidis proxima) foliis pinnatifidis, stigm. capsularum 8 radiatis. — Est species media inter *P. laevigatum* MB. et *P. arenarium* MB. cuius character (si perstaret) esset: Capsula oblonga, calyce hispido, setis caulinis rarissimis, foliis pinnatifidis, incisis, glaberrimis glaucis, setis parvissimis marginalibus. — Filamenta nigra, petala crenata, semina reniformia, punctata.

Var. caule uni-bifloro, et ramoso multifloro, glabro, et setis rarissimis subhispido, foliis glaberrimis, et foliis margine setis parcissimis munitis, profunde, et laeviter pinnatifidis, lobis integris, dentatisve, lanceolatis, et linearibus.

Hab. in colliculis argillosis, et lapidosis prope Odessam. Mjo. Jno.

Nro. 64. *Parietaria lusitanica*. L. v. cher-
sonensis. Nob.

P. lusitanica. MB? Pl. T.C. p. 440. — Schult.
S. V.? p. 467. — Willd. p. 955. — Linné Sp. pl.? p. 1492. *P. lusitanica Odessana* Besser in litt.

Obs. Planta haec minime *P. lusitanica* L. cuius folia ovata, obtusa, caulis filiformis, striatus laevis! — Diff. a descriptione Lin. Willd Schult. in S. V. MBieb. caulibus adscendentibus, ramis flaccidis pubescentibus, foliis ovato-lanceolatis, infimis ovato-subrotundis, omnibus petiolatis, (petiolis foliorum longitudine) subpubescentibus, margine ciliatis, supra et subtus punctis opacis notatis (ut in *P. punctata*. W.) involucris hexaphyllis, trifloris, foliolis lanceolato-subulatis, hirtis, floribus axillaribus, pedunculatis, (et subsessilibus) laxis, calycibus etiam fructigeris involucro brevioribus, pilosis, spadiceis, seminibus lucidis, fuscis.

Var. caule adscendente, flaccido, et prostrato, foliis subrotundis, ovatis, ovato-lanceolatis, et lanceolatis, punctis subasperulis, verticillis densis, et laxis.

Hab. in umbrosis saxosis, et fissuris rupium circa Odessam. Mjo. Jno.

Nro. 65. *Pimpinella Tragium.* M.B.

MB. Fl. T. C. p. 240. et Suppl. p. 250. — Tragium Columnus. Spr. Schult. S. V. p. 391. et Spreng. S. V. p. 884. huc Spreng. P. Tragium. Lam. — canescens Lois. B. Tragum depressum. Sieber.

Obs. Species haec quoad foliorum formam, et caulis vestitum valde variat. — Foliola ima subrotunda inciso-serrata, magis dissecta, imo valde laciniaata pubescentia vidit *MB.* — Folia radicalia subbipinnata, glabriuscula, foliola ovata, inciso-serrata, cuneata observavit *Schult.* eadem vidit *Spreng.* qui *P. Tragium. MB.* sub genere proprio *Tragionuncupato*, fructibus villosis, ecostatis, a *Pimpinellis* distinctam proposuit. — Specimina nostra ruthenica caule humiliori gaudent foliolis radicalibus, subrotundis, incisis, — caule elatiori foliolis magis dissectis, et laciniatibus, foliolis caulisve specimum omnium pubescenti-canis. — An planta nostra *P. canescens. Loisleur?* quam specie distinguit *Hoff. Umb. gen. p. 91.*

Hab. in aridis lapidosis, et fissuris rupium non procul Odessa. Jlo. Agto.

Nro. 66. *Plantago salsa.* Pall.

MB. Fl. T. C. p. 110. — Spreng. S. V. p. 437. — Schult. S. V. 133. — P. remota MB. Willd. Herb. Spreng. l. c.

Obs. Maxime accedit *Pl. maritimae* et *Pl. Wulfenii*, differt attamen foliis linearibus glabris integerrimis, planiusculis, subtus convexis, elonga-

tis, laxis, scapo hirsutiusculo, spica cylindrica, floribus confertis, bracteis lanceolatis, acuminatis, sebris, calyce longioribus ut *Spreng.* l. c. — Imo et *Pl. serpentinae.* *Lam.* accedit.

Hab. in salsis inundatis Peresyp, abunde ad Ostia Tyrae. Jlo.

Nro. 67. *Polyenemum Valvox*. Pall.

P. salsum. MB. *Fl. T. C.* p. 192. huc *P. triandrum* MB. *act. mosq.* — *P. Volvox*. MB. *Flor. T. C. Suppl.* p. 186. huc *P. triandrum* Pall. *P. triandrum*. MB. et *P. salsum* *Fl. T. C.* — *P. salsum* Vahl. *Schult. S. V.* p. 524. et *T. VI.* p. 223. — *P. Volvox*. Pall. *Spreng. S. V.* p. 180. huc *P. triandrum* Pall. MB. *salsum*. MB.

Obs. Accedit *P. oppositifolio* Vahl (non MB.) brachiato Pall. caule brachiato pubescente, differt potissimum ramis imis oppositis; reliquis alternis, ramosis, virgatis, foliis elongatis filiformibus. Semper vidi orbiculato-compressum, corculo spirali convoluto. — Sapor plantae etiam siccatae admodum salsus. — Synonima praesertim Pall. Vahlii admodum ab omnibus confunduntur, species ipsius *Polyenemi*, mox ad anabases, mox ad *Salsolas* retulerunt autores diversi MB. ipse plantam nostram, sub *Anabasi triandro* proposuit in *Marsh. casp.* p. 154. *append. no. 27.* — sub *P. Iriandro* in *act. mosq. 1.* p. 153. no. 6. — sub *P. salso* in *Fl. T. C.* — sub *P. Volvo ex in Fl. T. C. Suppl.* p. 186. et in *Men. mosq. 4.* p. 24. no. 8. — An mirum quod arduum sit distinguere *P. ruthenica*!

Hab. in salsis ad littora laevis vulgo Suchai-Liman prope Odessam frequens. Agto.

Nro. 68. *Polygonum maritimum*. L.

MB. Fl. T. C. p. 302. — *Willd. 2. p. 449.* —
Spreng. S. V. p. 256.

Obs. Planta nostra gaudet foliolis lanceolatis, venosis, margine revolutis, sebris, stipulis fissis laceris, elongatis, internodiis aequalibus, caule angulato, striato, puberulo, internodiis brevibus, floribus in axillis pedunculatis, pedunculis floribus longioribus.

Var. caule altiore, stipulis internodiis multo minoribus, (tunc *P. aviculari* nostro in salsis circa Budam lectis quodammodo similis) et caule debiliori, stipulis, internodiis brevibus, subaequalibus. Specimina ista tardius suffruticosa evadunt, et tunc genuinum *P. maritimum*. L. constituere videntur.

Hab. In arenosis ad Peresyp rarum. Agto.

Nro. 69. *Potentilla astracanica*. Jacq.

MB. Fl. T. C. p. 406, et *Suppl. p. 356.* — *Willd. p. 1105.* — *Jacq. icon. rar. 1. t. 92.* — An hoc *P. rectae*. *Jacq. var. floribus, majoribus pallidis.* *P. recta.* *Willd. Hall. Besser. En. Pl. Volh. p. 21.* — *Spreng. S. V. p. 537.* — *P. hirta astracanica DC. Prod. p. 578.*

Obs. *P. astracanica*. *Jacq.* monente ipse *Willd. l. c.* *P. rectae, obscurae, et pilosae proxima, dif- fert foliis caulinis superioribus 3 partitis, apice tan- tum dentatis, summis integerrimis, caule adscenden- te — Spreng. l. c. distinguit foliis rad. quinatis,*

caule dichotomo, villoso, stipulis foliaceis amplis incisis, petalis calycem subaequantibus.

Var. planta Odessana caule adscendente, et recto, petalis calycem superantibus, et aequalibus foliis rad. quinatis, et septenatis. — Primo intuitu a *P. recta* differre videtur: caule dichotomo, ramoso, floribus speciosis calyce majoribus, segmentis calycinis inaequalibus, exterioribus subulatis, interioribus ovato-lanceolatis. An a *P. rectae* varietatibus distinguenda?

Hab. in elatis lapidosis siccis, et supra rupes sociatim cum *Gypsophila collina*. Stev. prope Odes-sam. Mjo.

Nro. 70. *Pyrethrum millefoliatum*. W.

MB. Fl. T. C. p. 326. — *Chrysanthemum-Anthemis Lin.* — *Pyrethrum Willd.* p. 2160.

Obs. *Pyrethro achilleafolio MB.* valde accedens, quod vix foliis angustioribus, pinnis, et pinnulis brevioribus decussatis, sericeo-tomentosis, radio brevissimo a *P. millefoliato MB.* diversum.

Var. Caule recto bipedali, et adscendente pedali, cinereo, plus minus villoso, corymbo terminali subsimplici, pedunculis unifloris, subaphyllis, foliis radicalibus et caulinis tripinnatis, pinnis linearibus, acutiusculis, radio longitudine squamatum calycis, et breviore.

Hab. ad margines agrorum, ad fossas, in aggeribus et lapidosis abunde pone Odessam. Jno. Jlo.

Nro. 71. *Ranunculus illyricus*. L.

MB. Fl. T. C. p. 25. et Suppl. p. 381. hoc

R. sericeus. Willd. — DC. S. N. p. 260. — DC. Prod. p. 28. — Spreng. S. V. p. 646. — *R. illyricum* Willd. ad *R. monspeliacum*. Lin. pertinere asseruit *Treviranus*.

Obs. *R. illyricus* L. foliis primordialibus linearibus integris, carpellis glabris compressis acuminatis in capitulum ovato-oblongum aggregatis diff. a *R. monspeliaco* L., cui folia radicalia triloba, lobi cuneati, trifido-dentati, carpellorum spica ovata. — Species sibi certe maxime affines.

Hab. in campestribus, et hortis abunde circa Odessam. Mjo. Jno.

Nro. 72. *Ranunculus nemorosus*. DC. DC. S. N. p. 280. — DC. Prod. p. 57. *R. nemorosus* a *multiflorus* — MB. Fl. T. C. *R. lanuginosus* p. 26. et Suppl. p. 383. 1. *R. nemoroso*. — Spreng. S. V. p. 654. *R. polyanthemos* Lin.

Obs. Species media inter *R. polyanthemum*, et *R. lanuginosum*, a priori potissimum diversa, foliorum lobis minus profundis, cuneiformibus, apice dilatatis, (nec angustis sublinearibus) et carpellis stylo uncinatis — a posteriori foliis magis lobatis, lobis angustioribus, pedunculis sulcatis, pilis patentibus (nec reflexis), ab aliis omnibus affinibus facile distinguitur ob pedunculos sulcatos pilosque patentes.

Var. Caule multifloro (habitu ad *R. acrem*, et *polyanthemum*, accedens), et caule paucifloro *R. montanum* habitu aemulans.

Hab. in pratis, hortis, inter frutices, et in umbrosis circa Odessam. Mjo. Jno.

Nro. 73. *Robinia mollis.* MB.

MB. Fl. T. C. Suppl. p. 477. — *Caragana frutescens* B. *mollis* Besser En. Pl. Volh. p. 74. et in litteris 1825. — DC. Prod. p. 268.

O.b.s. *R. frutescentem* L. differre ab aliis monet MB. in Fl. T. C. II. p. 167. potissimum foliis laete viridibus nitidis, foliolis latis obtusis, carinatis, leguminibus glabris. — Si characteres isti constantes essent, *R. mollis* MB. a *R. frutescente* Lin. diversa esset, foliis pubescentibus, leguminibus sericeo-villosis, — sed contrarium observavit Cl. Besser characteres istos nec in speciminiibus cultis, nee in spontaneis esse constantes, et ideo cum Cl. Besser plantam ad Odessam alibile in Chersoneso crescentem a MB. in Fl. T. C. Suppl. sub *R. molli* propositam vix specie distinctam habeo a *R. (Caragana Lam.) frutescente.* Lin. uti et exemplaria Odessana per Herb. ruth nostrum divulgata, docent, qui medium inter *R. frutescentem* L. et *mollem* MB. servant characterem, nam pedunculos, calyces, folia subpubescentia conspicis, legumina juniora sericeo-villosa. Deest pubes mollis, qua undique canescere monet MB. l. c. plantam suam.

Hab. in declivitate collium, et in campestribus circa Odessam haud rara. Mjo. Jno.

Nro. 74. *Ruta linifolia.* MB. non Lin.

MB. Fl. T. C. p. 309. — *R. suaveolens.* DC. Prod. p. 711. — *R. Buxbaumii.* Poir. Spreng. S. V. p. 321.

O.b.s. *Ruta linifolia* L. foliis oblongo-lan-

ceolatis, glabriusculis, ovariis villosis, differt a *R. linifolia*. MB. (*R. Buxbaumii* Poir. *R. suaveolens*. DC.) quae gaudet foliis lanceolatis basi attenuatis, caulinibusque pubescentibus, staminibus basi dilatatis ciliatis, ovariis aspero-tuberculatis (Spreng. l. c.) — Iconem *Buxbaumii* Cent. 2. t. 28. f. 2. DC. citat ad *R. Buxbaumii*. Poir. *R. linifoliam* MB. Fl. T. C. autem (ubi MB. ipse icon *Buxbaumii* citat) adjicit *R. suaveolenti* sibi qua synonimon. — Spreng. in S. V. cum *R. Buxbaumii* Poir. jungit *R. suaveolentem*, DC. et *R. linifoliam*. MB. — Plantae ruthenicae folia sunt lanceolata, cum caule pubescentia, margine scabra, subtus nigropunctata, flores paniculato-corymbosi, pedunculi foliolo uno alterove instructi, calycibusve villosis, nonnunquam et ciliatis, stamina basi dilatata, lanata, qua nota ultima ad *R. villosam* MB. accedit. — Linnéus ipse in *R. linifolia* sibi, filamenta vidit basi villosa, et tamen recentiores plantam calyce, et filamentis ciliatis pro genuina *R. linifolia* Lin. declarant! An recte?

Hab. in campestribus circa Otschakow abunde, raro in elatis circa Odessam, et extra Lustdorf. Jno. Jlo.

Nro. 75. *Salvia nemorosa*. Lin.

MB. Fl. T. C. p. 20. et Suppl. p. 22. — *S. sylvestris* Spreng. S. V. p. 67. — *S. nemorosa*. Vahl. Schult. S. V. p. 251. — Willd. p. 134.

Obs. Certe *S. sylvestris*, Lin. proxima praeceps varietate habuit olim ipse Linneus; speciem

propriam esse dubitarunt Crantz, Schrader, dubitant et nunc. M B. Besser, Sprengel. — Differre *S. nemorosam* L. foliis cordato-lanceolatis, aequaliter serratis, bracteis longitudine calycis, corollae labio imo reflexo a *S. sylvestri* L. cuius folia sunt cordata, rugosa, biserrata, bracteae floribus breviora acuminata, pili caulis calicumve simplices monet Vahl in En. 1. p. 267. et Schult. in *S. V. l. c.* — Sed characteres isti differentiales a Vahlio nobis propositi certe inconstantes non sufficiunt *S. nemorosam* a *S. sylvestri* specie distinguere. — Calyces et corollas Specim. Herb. flor. Ruth. vidi glandulis, seu punctis resinosis adspersas, pilisve intermixtis, bracteas coloratas, ciliatas.

Hab. Ubique copiosa circa Odessam in serum autumnum usque.

Nro. 76. *Salvia nutans*. L.

MB. Fl. T. C. p. 23. *huc S. hastatam* et *betonicaefoliam* Ettl. qua varietates citat. — Lin. sp. pl. p. 39. — Willd. p. 151. — Ettl. Sal. no. 47. W. Kit. pl. rar. 1. t. 62. — Schult. *S. V.* p. 246. *huc S. nutantem* L. cum? citat ad *S. nutantem*. Kit. — Spreng. *S. V.* p. 67. *S. nutans*. Kit. de *S. nutante* Lin. tacet *S. betonicaefoliam*, et *hastatam* Ettl. pro speciebus propriis habet. — *S. nutans* Kit. Schult. Oest. Flora. p. 39.

Obs. *S. nutans* L. Willd. Kit. differt a *S. hastata* Ettl. (*S. pendula*. Vahl) et a *S. betonicaefolia*. Ettl. (*S. cremeneensis* Bess.) caule simplicissimo subnudo, foliis cordato-oblongis, dupli-

cato-crenatis, racemis pendulis, econtra *S. betonicaefolia* Ettl. a *S. nutante* diff. caule folioso, foliis cordato-lanceolatis, crenatis, racemo nutante, bracteis coloratis ciliatis. — Ettl. l. c. adscribit *S. nutanti* caulem subrotundum, Kit. Schult. l. c. caulem tetragonum, alii de figura caulis tacent, et sic planta *Linnéana* a multis a *Kitaibeliana* diversa, ab aliis cum *S. betonicaefolia* — mutante. Ettl., confusa habetur. — Besser *S. cremenecensem* (quae eum *S. betonicaefolia* Ettl. eadem juxta Spreng. S. V.) distinguit a *S. mutante* caule acutangulo, foliis cordato-oblongis, qui characteres sunt *S. betonicaefoliae*. Ettl. — Besser sub *S. betonicaefolia* sibi aliam videtur intelligere plantam *S. nemorosae* proximam?

Var. foliis radicalibus cordatis, cordato-acuminatis, cordato-oblongis, caule aphylo, et folio uno altero. Calyces constanter vidi hirtos, bracteis parvis, viridibus, hirtis suffultos, caulem tetragonum.

Hab. in pratis, et campestribus circa Odessam minime rara. Mjo. Jno.

Nro. 77. *Scorzonera mollis*. M.B.

MB. Fl. T. C. Suppl. p. 522. — *S. undulata*, *Vahl. Willd.* p. 1500. an huc? — Deest in *Steud. N. B.*

Obs. Accedit habitu ad *S. strictam* *MB. Hornemann*, et *S. villosam*. *Scop.* sed diversa notis sequentibus: radix validior subtuberosa ad terrae superficiem multiceps, caulis foliosus pedunculis elongatis, apice incrassatis, calycibusve lanuginosovillosis; folia linearis - subulata, carinata, lanuginoso-

villosa, juniora margine scabra, undulato crispa, latiora nervo medio valde dilatato. — In specimini-
bus in siccis circa Odessam occurrentibus observavi
folia juniora margine serrulato-scabra, semifloscu-
los extimos subtus rubellos, ut in *S. villosa*. Scop.
desiderantur, character ultimus valde est inconstans,
nam in uno eodemque individuo adest et abest.

Var. caule brevissimo, pedunculis scapis radi-
calibus similibus foliis vix longioribus, et caule
elongato folioso 2-3 floro, pedunculis foliis multo
longioribus, semiflosculis subtus rubellis, et flavis,
foliis junioribus margine undulato-crispis, scabrius-
culis, senioribus planis margine laevibus.

Hab. in siccis campestribus, et lapidosis non
procul Odessa abunde. Mj. Jno.

Nro. 78. *Scorzonera stricta*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 235. *S. villosa* exmissis sy-
nonimis, et *Suppl. Fl. T. C.* p. 522. — *Horn. hort.*
hafn. 1813. p. 750. — *Besser En. Pl. Volh.* p. 75.

Obs. *S. villosae* Scop. proxima, et tantum
pappo multiseto insigniter plumoso (non obscure
plumoso serrulato scabro ut in *S. villosa*) potissi-
mum distincta. Alii *S. strictam* MB. et Horn. pro
varietate *S. glastifoliae* habent. — Stead. in N.B.
plane *S. villosam* pro eadem habet cum *S. angu-
stifolia* W. Kit. sed false.

Var. Caule unifloro simplici, et ramoso mul-
tifloro. Semiflosculos subtus vidi flavos, non rubel-
los ut in *S. villosa* desiderantur.

Hab. in lapidosis ad pagum Komberlejowka,
et circa Odessam. Mj. Jno.

Nro. 79. *Serratula multiflora*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 265. et Suppl. p. 547. huc S. linearifolia DC. in Ann. Mus. paris. — Besser En. Pl. Volh. p. 52. — Huc quoque MB. plantam Linnéanam. Lin. sp. pl. p. 1145. et Willd. p. 1643. — Pers. Syn. Pl. p. 590.

Obs. *S. multifloram* MB. esse plantam eandem cum *S. multiflora*. L. dubito; Linneus in suo specimine vidit calyces squamis glabris, acutis, purpurascensibus praeditos, et charactere isto maxime plantam suam a *S. salicifolia* distinguit, et contra MB. in *S. multiflora* calyces semper vidit incanos, ideo plantam MBiebersteinianam potius ad *S. salicifoliam* L. quam ad *S. multiflora* L. pertinere certissimum est, eo magis cum MB. l. c. suam *S. multifloram* nullis aliis characteribus, quam pappo scabro non plumoso (certe character maxime inconstans) a *S. salicifolia* L. differre monet. — DC. autem et *S. multifloram* L. et *S. salicifoliam* L. — receptaculo paleaceo, pilis distinctis, pappo serrulato, a *Serratulis* Lin. diversis sub genere proprio *Saussurea* — proposuit. — Anne adhuc quis dubius erit *S. multifloram* MB. ad *S. salicifoliam* L. pertinere? — Planta Odessana gaudet foliis radicalibus lanceolatis angustis in petiolum attenuatis, caulinis lanceolatis, et linear-lanceolatis, amplexicaulibus, et semidecurrentibus, supra viridibus scaberrimis, subtus albo villo vestitis, caulis angulosus, angulis scabris, cinereis, corymbo multifloro, floribus rubris, calycibus cylindricis, incanis, squamis interioribus elongatis, scariosis, gla-

briusculis, nonnunquam purpurascensibus, exterioribus incanis nervo medio saturatiore (atro-viridi) in apicem squamarum excurrente notatis, florigeris incanis, fructigeris calvescentibus.

Hab. in argillosis campestribus, ad margines agrorum, et in aggeribus non infrequens pone Odesam. Jlo.

Nro 80. *Serratula stoechadifolia*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 266. et Suppl. p. 547. — Besser En. Pl. Volh. p. 32. — S. salicifoliae affinis Pall. ind. taur. — S. tomentosa. Hoff. hort. mosq. a. 1808. n. 2968.

Obs. *S. stoechadifolia* MB. certe ut jam Pall. monuit, *S. salicifoliae* affinis, et ab ea vix calycibus, floribusque majoribus, pluribus in corymbo terminali paucifloro (5-15) constitutis diversa, nec a *S. multiflora* MB. (quam pro *S. salicifolia* Lin. habeo) multum recedit, nisi foliis linearibus angustissimis, calycibus oblongo-ovatis, valde tomentosis majoribus, corymbis paucifloris. — Besser l. e. monet plantam istam *Staehelini*, et quidem *St. chamepeuce* accedere, et nonnisi pappo scabro differre. Antherae huic aequa ac *Staehelini* basi caudatae, calyx et receptaculum idem, sed *S. stoechadifolia* MB. videtur planta biennis, *Staehelina chamepeuce* L. autem arborescit. — Caulis plantae ruthenicae striatus, supra angulatus, tomentosus, pauciflorus, folia linearia, angusta, margine revoluta, supra viridia scaberrima, subtus albo tomento vestita, calyx ovato-oblongus tomentosus, squamis interioribus, minus elongatis, quam in *S.*

multiflora MB. nec scariosis, semper tomentosis; exterioribus minoribus, nervo saturatiore in calvescentibus tantum conspicuis notatis.

Hab. in aridis, declivis, lapidosis, et campestribus circa Odessam haud rara. Jlo.

Nro. 81. *Serratula xeranthemoides*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 265. et Suppl. p. 546. — *Centaurea radiata*. Willd. p. 2325. — *Xeranthemum erucaefolium* Lin. sp. pl. p. 1201.

Obs. Planta singularis a Lin. ob squamas interiores elongatas scariosas ad *Xeranthema* relata — Habitu magis ad *Serratulas* quam ad *Centaureas* accedens. — Caulis flexuosus valde ramosus, superne angulatus, ramis patentibus, floriferis subcorymbosis; folia rad. oblonga, et ovato-lanceolata, dentata, et semipinnatifida, pinnis dentatis, mucronatis; ciliatis, caulina pinnatifida, summa integerrima; omnia pilis sparsis hirta. — Calycis squamae striae, margine villosae, exteriores apice patulae, mucrone albo spinosae, interiores elongatae scariosae. Flores omnes discoidei fertiles. — Pappus pilosus seaber.

Hab. in campestribus siccis circa Odessam rara; Jno. Jlo.

Nro. 82. *Silene chlorantha*. Ehrh.

Besser. En. Pt. Volh. p. 17. — Ehr. Beyt. p. 145. — Willd. p. 694. — Spreng. S. V. p. 415; DC. Prod. p. 378. — Pers. Syn. Pl. p. 496. — *Cucubalus* Willd. alibi *Viscago* Moench. Deest in MB. F. T. C.

Obs.

Obs. *Silene viridiflorae* accedens, sed caule foliisque glaberrimis, margine scabriusculis, paniculae ramis secundis bracteatis, calycibus glabriusculis, petalis angustis bifidis diversa. — Lacinias calycinás non vidí obtusiusculas, nec capsulam de caphoro longiorém. ut *Ehrh. l. c. et Willd.*

Hab. in pratis declivibus ad Limam occidentalem. Jno.

Nro. 83. *Silene longiflora*. Ehrh.

MB. Fl. T. C. p. 334. — *DC. Prod.* p. 382. — *Spreng. S. V.* p. 411. — *Willd.* p. 696. — *Ehr. Beytr.* 4. p. 144. — *W. Kit. pl. rar.* 1. f. 8. — *S. juncea*. *Roth. Cat.* 1. p. 54. *Winterl Ind. noct. Port.* p. 18.

Obs. Specimina Odessana, exemplaribus nostris Budensibus ad amussim aequalia!

Var. Caule altiore, ramosiore, glaucescente.

Hab. in Campestribus circa Odessam frequens. Nro. Agto.

Nro. 84. *Silene saponariaefolia*. Schott.

Bess. En. Pl. Volh. p. 46. — *Spreng. S. V.* sub *S. inflata*. *Sm.* p. 415. an hoc *Silene ovata* *Pursh.* — *DC. Prod.* p. 368.?

Obs. Certe *S. inflatae Sm.* proxima, ut et *Bess. in En. Pl. Volh.* notavit, sed non eadem ut *Spreng. l. c.* Caulis plantae Odessanæ erectus, ramosus, folia ovato-lanceolata, glaucescentia, calyces ovato-globosi laeves.

Var. caule elongato ramoso multifloro, et caule humiliori unifloro.

Hab. in argillosis salsis in abruptis littoribus circa Odessam, a Jno in serum autumnum usque copiosa.

Nro. 85. *Silene supina*. M.B.

MB. Fl. T. C. p. 336. et Suppl. p. 304. — Spreng. S. V. p. 408. — DC. Prod. p. 381.

Obs. Variat caule cespitoso, elongato, foliisve plus minus viscido-pubescentibus, latioribus et angustioribus, canaliculatis et planis, hirsutie canescente semper basi ciliatis, floribus 1-6 pedicellatis, calyce angusto, tomentoso-viscido et puberulo, purpureo et viridi.

Hab. in lapidosis, et ad lapicidias ipsas in suburbio Moldawanka. Jlo. Agto.

Nro. 86. *Statice Besseriana*. Schult.

Schult. S. V. p. 789. in notis *S. tataricae*. — *S. Besseriana* Andrziowsky Monog. Stamina. — MB. ipse in Fl. T. C. Suppl. p. 253. monet specimen *St. tataricae* a Bessero commucatum habere, quae fors specie a *St. tatarica* L. diversa. — Des est in Spreng. S. V. et in Steud. N. B.

Obs. Est certe diversa species, cuius character Spec. erit: St. foliis oblongo-lanceolatis, cuspidato-acuminatis, punctis albis undique exasperatis, ramis triquetris punctis albis notatis.

Folia rad. lanceolato-acuminata mucronata, scapus basi rotundus, rami triquetri diffusi, flores distantes, calyx glaber, laciniis angustioribus, acuminatis, patentibus, bractae ternae, subaequales, maxima flores vaginans, trifida, altera et tertia acu-

ta, carinata, omnes margine membranaceae. — Species nullibi hucusque descripta! —

Hab. in graminosis apricis, et campestribus circa Odessam. Mjo. Jno.

Nro. 87. *Statice caspia*. Willd.

MB. Fl. T. C. p. 250. sub *St. reticulata*, et in Suppl. p. 253. sub *St. caspia*. — Schult. S. V. 784. — Spreng. S. V. p. 958. — Besser En. Pl. Volh. p. 55.

Obs. *St. reticulatae* L. proxima, sed diversa ab ea foliis spathulatis, obtusis, laevibus, scapo erecto, ramosissimo, scabro, ramis sterilibus pectinatim ramosis, floribus confertissimis, bracteis diaphanis, — cum *St. reticulata* L. gaudet foliis spathulato-lanceolatis obtusis, glabris, scapo decumbente-ramoso, ramis floriferis elongatis asperiusculis, calycibus acutis. — Spec. Odessanis folia radiocalia sunt spathulata, nonnunquam retusa, punctis elevatis scabra, scapus erectus, ramosissimus, scabriuscus, rami steriles intricate ramosi, ramulis e ramo trichotomo ortis genuine dichotomis, subangulatis, scabris, ramosissimis, flores confertissimi, bracteae superiores submembranaceae, subdiaphanae, inferiores foliaceae, margine tantum membranaceae, omnes breves, acuminatae (non obtusissimae ut MB. Fl. T. C.); calyx albus, dentibus obtusiusculis tenuissime serrulatis, basi pilosus, corolla calyce parum majore, coerulecenti-violacea, laciiniis integris. — Annon planta Odessana a *St. caspia* L. distincta Species?

Hab. in salsis ad lacum septentrionalem vulgo
Liman copiose pone Odessam. Jlo.

Nro. 88. *Statice coriaria*. Pall.

MB. Fl. T. C. p. 249. et Suppl. p. 252. — St.
latifolia Sm. Schult. S. V. p. 778. Spreng. S. V.
p. 957. — Willd. p. 1574. — Besser En. Pl. Volh.
p. 44.

Obs. Planta *St. scopariae* Gmelini proxima,
sed scapo paniculato, ramosissimo, foliis oblongis,
obtusis, subtus mucronatis pubescentibus, pilis fas-
ciculato - stellatis diversa.

Var. scapo foliisve glabriusculis, erecto-ra-
mosissimis, et minus ramoso ramulis scabriusculis
et glabris.

Specimina ruthenica gaudent scapis glabriuscu-
lis subangulosis, floribus paniculatis secundis, bracteis
parvis acutis binis, ad dichotomiam calycibus mem-
branaceis albicantibus striatis angulis 5. basi viri-
dibus versus medium rubris valde pilosis notatis,
foliis oblongis pilis stellatis pubescentibus, margine
rarissime undulatis.

Hab. in campestribus, et fruticetis circa Odes-
sam copiose. Jlo. Agto.

Nro. 89. *Statice Gmelini*. Willd.

MB. Fl. T. C. p. 250. — Spreng. S. V. 957. —
Schult. S. V. p. 778. — Pers. Syn. Pl. p. 553. —
Willd. p. 1524. — Aman ruth. no. 128. — Gmel.
sibir. 2. p. 220. no. 14. t. 90. — Reich. Iconogrā-
phia. no. 392.

Obs. Species, *St. Limonium* et *St. Gmelini*

vix extricari possunt, confusio maxima inter has vix specie diversas plantas, ut e comparatione auctorum plurimorum facile agnoscere poteris. MB. vidit scapum pubescentem angulosum, folia glabriuscula. — Willd. scapum angulatum, flores duplo minores. *St. limonio*. — Gmel. caulem nudum, corollas minimas. — Aman caulem vidit rotundum, folia laevissime serrata glabra. Reich. l. c. scapum vidit rotundum hispidulum, folia glabra, calycom 5 gonum subtilissime fimbriatum, corollas minimas. — Si e corollarum forma species dijudicare velles, Planta Odessana potius ad *St. limonium* pertineret, imo et calyci pentagono parvo desunt pili in angulis, quibus notatur sp. Gmeliana, caulis et folia glabra. — Differt a planta nostra in salsis ad Tiberiscum occurrente potissimum foliis longe petiolatis, in petiolum subdecurrentibus, calycis angulis glabris.

Hab. In salsis ad Liman seu lacum septentrionalem cum sorore *St. caspia* circa Odessam copiose. Agto.

Nro. 90. *Statice scoparia*. Pall.

MB. Fl. T. C. p. 249. — Besser En. Pl. Volh. p. 44. — Spreng. S. V. p. 957. — Willd. p. 1424. Schult. S. V. p. 778. — Reich. Iconogr. 391. — Deest in Steudel. N. B.

O-h-s. Planta admodum cum *St. coriaria*. Pall. (latifolia Sm.) confusa, differt maxime (si characteres constantes essent sed dubitat ipse MB.) glabritate omnium partium, foliis ovato-oblongis obtusis margine cartilagineo-subundulatis, et calycum limbo latiore, lacinulis obtusissimis crenulatis. — In

Speciminibus Odessanis caulis, foliave glaberrima, corollae vix duplo calycibus longiores (ut Rehb. l. c.) calyces angulati, anguli pilosi (non glaberrimi ut Rehb. l. c.) quinquedentati, dentes obtusiusculi, crenulati, observantur.

Hab. in campestribus abunde circa Odessam.
Agto. Octobri.

Nro. 91. *Symphytum orientale* MB.
non Lin.

MB. Fl. T. C. p. 125. et Suppl. p. 129. — *S. orientale* Pall. ind. taur. — Habl. taur. p. 148. *S. tauricum* Willd. in nov. act. n. cur. ber. 2. p. 120. t. 6. f. 1. — W. En. p. 184. — Curt. Bot. Mag. 1787. — *S. bullatum* Jacq. Eclog. fas. IX. p. 119. t. 81. — *S. tauricum* Willd. Schult. S. V. p. 65. — *S. bullatum* Jacq. huc *tauricum* Willd. Spreng. S. V. p. 562. — Reichb. Iconogr. no. 422. sub *S. taurico* huc Lehm. asp. p. 347. *S. bullatum* Horn.

Obs. *S. orientale* L. genuinum habet folia ovata, acuminata, denticulata, hispidiuscula, petiolata, summa basi attenuata, calyces quinquefidos basi tubulosos, ab hac differt *S. orientale* MB. foliis cordato-ovatis, acutis, integerrimis, hispidis, summis sessilibus, calycibus quinquepartitis. — Specimina Odessana differunt a descriptionibus autorum foliis inferioribus cordato-ovatis acutis, mediis ovato-acuminatis petiolatis, summis sessilibus, omnibus margine crenulatis, (non undulatis ut Schult. in S. V. l. c.)

Hab. copiose ad scaturigines ad lacum salsum occidentalem pone Odessam. Mjo.

Nro. 92. *Teucrium valentinum*. Schreb.

Schreb. unib. p. 46. n. 48. — Willd. p. 37. — Besser En. Pl. Volh. p. 23. — Spreng. S. V. p. 709.

Obs. A. *T. Polio L.* cuius caulis decumbens, capituli pedunculati, dense lanati, folia linearilanceolata, ohtusa, crenata, tomentosa, potissimum differt, caule erecto, foliisve linearibus, crenatis incanis, capitulis minoribus foliatis incanis, floribus minoribus, foliis floralibus calyces aequantibus, calyce tomento tenui albicante tecto.

Var. caule adscendenti, foliis linearilanceolatis, et linearibus margine revolutis, magis minusque crenatis.

Hab. in apricis siccis, et rupestribus ubique abunde circa Odessam. Jlo. Agto.

Nro. 93. *Thlaspi cochleariforme*. DC.

DC. S. N. p. 381. — DC. Prod. p. 176. — Spreng. S. V. p. 979.? — Deest in *MB. Fl. T. C.* et in *Steud. N. B.*

Obs. Summopere accedit ad *Th. montanum*, et vix ab ea specie diversum (ut suspicatur Bess. in *En. Pl. Volh. Ind. Syst.* p. 103), nam folia rad. integra, et dentata, caulina latiora, et angustiora, subcordata, et subsagittata, siliculae cuneatae vix emarginatae et obcordatae 6-8 spermae, stylus elongatus filiformis capsula duplo triplove breviore. — *DC. l. c. Th. montanum* distinctum habet, siliculae loculis utrinque tetraspermis, silicula ipsa lon-

giore, et foliis rad. subdentatis, a *Th. alpestre*, petalis calyce duplo longioribus, caule parce ramoso, foliis latioribus, racemis post anthesin valde elongatis, pedicellis 4 lineis longis, siliculis denique cuneatis, apice vix emarginatis, valvis carinatis in alam brevissimam expansis. — *Spreng.* in *S. V. l. o.* videtur aliam non *Decandollianam* plantam sub suo *Th. cochleariforme DC.* descriptisse, nam char. plantae notavit „*Th.* foliis inaequaliter argute dentatis glaucis (de quo DC. l. c. nihil) superioribus cordatis amplexicaulibus, petalis calycem subexcedentibus, (DC. l. c. petala calyce duplo longiora habet), siliculis emarginatis (DC. subemarginatis), stylo brevissimo“ (stylus brevis filiformis DC.) — Aliam plantam videtur *Sprengelius* ante se habuisse non *Th. cochleariforme DC.* vide *DC. S. N. l. o.* Specimina ruthenica gaudent foliis rad. ovato-spatulatis, subintegris, margine scabriusculis, caulinis cordatis amplexicaulibus, lobis ad basin rotundis et elongatis, ita ut foliis sagittatis subsimilia evadant; caules plures ex una radice subsimplices erecti, floribus racemosis, racemo post anthesin valde elongato, pedicelli fructigeri, semiunciales, siliculis maturis cuneatis vix emarginatis (ergo non cordatis ut in *Th. montano*) . . . loculis 3-4 spemis ad marginem superiorem nonnunquam elevatis, ut silicula late emarginata appareat, stylus filiformis silicula duplo, triplove minore, calyce albo, petalis calyce duplo longioribus.

Hab. in lapidosis elatis unico loco circa Odes-
sam hucdum detecta, et ibidem rara. Mjo.

Nro. 94. *Trigonella monspeliaca*. Lin.
MB. Fl. T. C. p. 222. — *DC. Prod.* p. 183. —
Willd. p. 1401. — *W. Kit. pl. rar. t. 142.* — *Schult.*
Oest. Fl. p. 375.

Obs. Specimina Odessana a descriptionibus
auctorum diversa: caule angulato (4 angulo) ad-
scendentē-erecto (non prostrato terrae adpresso, ut
Willd. l. c.) pilosiusculo, foliis longe petiolatis,
stipulis lanceolatis basi dentatis, foliolis obovato-
cuneatis, infimis subrotundis, dentatis a medio ad
basin integerrimis, pubescentibus, foliolo interme-
dio elongato, petiolato, leguminibus subsenis, con-
gestis, arcuatis, oblique venosis, villosis, calycibus
pilosis, laciinis subulatis longitudine tubi.

Hab. in lapidosis prope Odessam, et in cam-
pestribus siccis ad Kriwaja-Balka. Mjo.

Nro. 95. *Triticum imbricatum*. M.B.

MB. Fl. T. C. p. 88. et *Suppl.* p. 95. — *Bes-
ser En. Pl. Volh.* p. 41. sub *Agrop. cristato* L. *β.*
hirsutum, calycibus ciliatis, spiculis hirsutis. —
Spreng. S. V. p. 526. — *Schult. S. V.* p. 756. sub
Agropyro.

Obs. Plantæ a Gaertnero, et Bessero pro
varietate *T. seu Bromi cristati* L. servata, sed di-
versa juxta M.B. Steven, Spreng. Schult. prae-
sertim spica hirsuta, spiculis subquadrifloris, villo-
sis. Summa etiam affinitas cum *T. orientali* MB.
quae (annua) vix culmo basi procumbente, vagi-
na summa inflata diversa. — Plantæ ruthenicae
culmi sunt suberecti (basi geniculis infractis) gla-

briusculi, sub spica puberuli, striati, folia linearia basi dilatata, striata, supra villosa, subtus puberula, vaginae striatae superiores puberulae, infimae villosae, geniculis breviores, spica ovato-oblonga, compressa hirsuta, spiculae subtriflorae, villis albis longiusculis erectis hirsutae (nota ista potissimum a T. cristato diversa) glaucae, subulato-aristatae, ligula brevissima, subnulla, (non pilosa ut Spreng. l. c.)

Var. foliis latioribus sub lanceolatis, et angustioribus linearibus, (nunquam tamen linearis-setaceis ut Spreng. l. c.) magis minusve villosis.

Hab. in aridis argillosis, ad lapicidinas et in aggeribus pone Odessam, sat frequens. Jno. Jlo.

Nro. 96. *Triticum junceum*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 88. et Suppl. p. 96. — Willd. p. 480. — *Agropyrum rigidum* Schult. S. V. p. 752. — *T. intermedium*, Host, Besser. *T. nodosum*. Steven. — *T. junceum*. Spreng. S. V. p. 325.?

Obs. Pro genuino *T. junceo* L. habet MB. l. c., an sic? — Plantae Odessanae rachis margine hispida, folia supra inter strias hispidula (quae non sic in *T. rigido*. Schreb. Schult. S. V.), glumae calycinae obtusae. — Confusiones inter *T. perennia* a varietatibus solo natali exortis vix compensari possunt. Pal. d. Beauv. sp. rachi laevi pro genuino *T. junceo* L. habet, an recte?

Hab. in salsis Peresyp non procul Odessa. Jlo.

Nro. 97. *Triticum pectinatum*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 87. et Suppl. p. 95. — Besser

En. Pl. Volh. p. 41 — 50. ubi spicas latiores esse
T. cristato, et variare spicis hirsutis monet. —
Spreng. S. V. p. 326. sub *T. cristato*. *Schreb.* —
Agrop. pectiniforme. *S. V.* p. 758.

Obs. sub spiculis caulisque glabriusculis jun-
git *T. cristatum* *Schreb.* et *pectinatum* *MB.* *Spreng.*
L. c. Ast certe gravissime distingues *T. imbricatum*.
MB. cristatum, et *pectinatum*, cum varietatibus
adnexis, nam spica mox latiore, mox angustiore,
mox spiculis pubescentibus, puberulis, villosis, et
glabris, sicut et vestitu foliorum variat. — *T. spi-*
culis latissimis, villosis, pro T. imbricato. MB.
T. spiculis angustioribus glabriusculis pro (cristato
Schreb.) pectinato MB. habeo. — Specimina ru-
thenica gaudent spica lanceolata glabriuscula, glumis
subulato-aristatis, dorso aristisve scabris, culmo
superne pilosiusculo.

Hab. in campestribus siccis, herbidis, rarius
circa Odessam. Jlo.

Nro. 98. *Triticum prostratum*. L. f.

MB. Fl. T. C. p. 86. et *Suppl.* p. 95. — *Schult.*
S. V. p. 757. sub *Agropyro*. — *Spreng. S. V.*
p. 324. — *Willd. Sp.* p. 480. — *Secale Pall.* et
p. 485. app. no. 99. — *Agrop. triticeum*, *Gaertn.*

Obs. A proximo *T. orientali* *MB.* potissimum
diversum spica glabra, calycibus subquadrifloris, pa-
tentibus, subulatis, flosculis basi gibbis, subulatis,
culmo procumbente. — Planta Odessana habet cul-
mos basi tantum procumbentes, adscendentes, gla-
bros, vaginas foliorum superiorum tumidas, spicas

ovato-compressas, glabras, spiculis subquadrifloris gibbis, subulatis, extimis carinatis, linea viridi in apicem excurrente notatis. Spiculae alternatim imbricatae spicam compressam constituunt.

Var. flosculis puberulis, subaristatis, aristis asperulis.

Hab. ad littora maris nigri ad Odessam. Apli. Majo.

Nro. 99. *Viola campestris*. MB.

MB. Fl. T. C. p. 172. et Suppl. p. 162. — Schult. S. V. p. 362. — Spreng. S. V. p. 797. DC. Prod. p. 295. sub *V. hirta* L. β. fragrans, hoc *V. campestris* MB. *ambigua* W. Kit. — Reich. iconog. sub no. 91. quae false pro *V. ambigua* W. Kit. a Rehb. servatur.

Obs. Certe aegre distinguenda *V. campestris* MB. a *V. hirta* L. asserente Trevirano et monente ipso MB. l. c. et vix odore corollae, et foliis cordato-oblongis, piloso-hirtis (quaे forma, et vestitis variant) diversam esse ipse auctor monet. Rehb. l. c. false habet *V. ambiguam*. Kit. pro var. *V. campestris* MB. — *V. ambigua* Kit. est planta glaberrima, capsula subgloboosa, foliis basi cucullatis praedita. — MB. in Suppl. p. 162. dicit DC. flor. franc. n. 4455. *Kiolae hirtae* suae glabros praedicare caules et folia; certe DC. *V. ambiguam* Kit. ante se habuit. Plantam Odessanam foliis cordatis in petiolum decurrentibus puberulis, pro mera varietate *V. hirtae* L. cum Trevirano habeo.

Hab. in declivitatibus collium, et campestribus circa Odessam. Apli.

Viola campestris: MB. var. *albiflora*.

DC. Prod. *V. hirtae* var. *alba* p. 295.

Obs. Planta in omnibus cum *V. campestris* MB. conveniens tantum flore albo diversa. — Haec ut et *V. albiflora* nostra Budensis cum *V. campestris* floribus coeruleis ad *V. hirtam* L. ni fallor releganda.

Hab. cum praecedenti in unico tantum loco extra Lustdorf. Apli.

Nro. 100. *Viola suavis*. MB.

MB. Fl. T. C. Suppl. p. 164. — *Besser. En. Pl. Volh.* p. 43. — *Spreng. S. V.* p. 797. — *Schult. S. V.* p. 365. tantum mentionem facit sub *V. odorata*. — *V. odorata*. *Lin. DC. Prod.* p. 296. eadem c. *V. suavi* MB. — Deest in *Steudel. N. B.*

Obs. Certe eadem cum *V. odorata* Lin. aqua *Spreng. l. c.* tantum petalis superioribus angustioribus, longioribus, inferiori emarginato distinguit. — *MB. l. c. V. suavem* a *V. odorata* diversam proposuit foliis primigenis reniformibus, petalis duobus superioribus oblongis, obtusis, infimo emarginato subdupo angustioribus. — Charakteres isti certe non distinguunt a *V. odorata* L. — Planta Ruthenica gaudet scapo angulato, bracteis lanceolato-subulatis ciliatis, foliis petiolatis, pedunculis aequalibus, cordato-reniformibus; et cordato-subrotundis, crenatis pubescentibus, basi in petiolum subdecurrentibus, calycibus obtusis, petalis obovatis subaequalibus, infimo vix emarginato.

Hab. Inter frutices, et in nemorosis frequens
pone Odessam. Mtio. Aprli.

Literarische Anzeige.

Durch den unvermutheten traurigen Hintritt seines Reisegefährten und Kollegen, Dr. v. Spix, sieht sich der Unterzeichnete veranlaßt, den Gönern und Freunden der literärischen Unternehmung über die mit dem Verstorbenen gemachte Reise in Brasilien Folgendes zu eröffnen.

Die *Reisebeschreibung* wird von dem Unterzeichneten fortgesetzt, und zwar mit Benützung der literärischen Hinterlassenschaft seines Kollegen, welche ihm durch Allerhöchsten Befehl zu dem Ende mitgetheilt wurde. Der größte Theil des zweiten Bandes und des dazu gehörenden Atlas ist bereits im Drucke vollendet. Da sich übrigens hiebei die Unmöglichkeit ergab, das vorliegende Material vollständig in einen Band zusammenzudrängen, so wird ein dritter, jedoch ohne Atlas, beigegeben. Dieser wird die Erzählung der Reise auf dem Amazonenstrom und einige geographische, statistische, physikalische und d. gl. Abhandlungen enthalten. Der Verfasser glaubt auf diese Weise am leichtesten dem literärischen Bedürfnisse und dem Wunsche der Subscribers zu entsprechen, das Werk nicht über die Gebühr auszudehnen und zu kostbar zu

machen. Der *Atlas* wird, statt der angekündigten fünfzehn, zwanzig Blätter, mit Ansichten, Porträts u. s. w., das zweite Blatt der Generalkarte von Südamerika und eine oder einige Specialkarten enthalten.

Auf gleiche Weise werden die *botanischen Werke* fortgesetzt. Die *Genera et Species Palmarum* werden mit einem noch fehlenden fünften Heftc, welches das Allgemeine über die Palmen enthält, und die *Nova Genera Plantarum* werden mit einem dritten Theile geschlossen. An das letztere Werk reiht sich noch eine Monographie der merkwürdigsten Cryptogamen an, wovon bereits die erste Hälfte mit fünf und zwanzig Tafeln fertig ist.

Die *brasiliianischen Conchylien und Fische*, von deren Herausgabe Dr. v. Spix durch den Tod abgehalten wurde, werden dem literärischen Publikum ebenfalls durch Unterzeichneten mitgetheilt werden.

In einem Zeitraum von zwei bis drei Jahren hofft der Unterzeichnete das gesammte Werk vollenden, und dadurch eine Uebersicht von dem naturhistorischen Reichthume jenes Landes geben zu können, das in mehr als einer Beziehung die teilnehmenden und aufmerksamen Blicke Europa's auf sich zieht.

München, den 15. Jan. 1827.

Dr. v. Martius,

Mitglied der K. B. Akademie der W.

Erschienen ist bereits:

a) von der Reisebeschreibung: Theil I. nebst einem Atlas von 15 grossen lithographischen Blättern, einer Musikbeilage und dem nördlichen Blatte einer Generalkarte von Süd-Amerika.

Imperial-Ausgabe Preis (für Deutschland) 44 fl.

Royal-Ausgabe — 33 fl.

Ordinär Ausgabe — 6 fl.

(Subscriptionspreis des 2ten Theils 4 fl.)

b) von den botanischen Werken: *Martius Palmarum Genera et Species* gross Folio mit 108 Tafeln, zum Theil analytische Darstellung von Palmen, zum Theil Palmen in tropischen Landschaften enthaltend.

Preis colorirt 270 fl.

schwarz 135 fl.

Nova Genera Plantarum mit 200 Tafeln.

Vol. 1. color. Imperial-Quarto Pr. 127 fl.

u. Vol. 2. — — — — Pr. 119 fl.

Vol. 1. 2. folio schwarz 135 fl.

Man wendet sich deshalb auch an die Redaktion der botanischen Zeitung.

Errata in der Flora Nro. 11 am 21. März.

p. 170. Zeile 5. v. ob. lege *Peltig. saccata* statt *serrata*.

ibid. Z. 4. v. unten, lege *Pyrenula* statt *Porina*.

p. 171. Z. 4. v. unten, lege *frankirten* statt *unfrankirten*.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1827

Band/Volume: [10](#)

Autor(en)/Author(s): diverse

Artikel/Article: [Dritte Beilage Flora oder botanischen Zeitung
1827 1033-1096](#)